This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



TESTIMONIUM BILABIUM

SEU

Sermones panegyrico-dogmatico-morales pro ſolemnitatibus Domini SABAOTH (nec non & alii nonnulli, ut indiculus argumentorum infra poſitus monſtrat:) latine, & illyrice elaborati, ad honorem & gloriam, atque in obſequium

SS. NOMINIS

In quo omne genu flectitur.
Ex quo omnis ſalus habetur.
Per quem omnia facta ſunt.
Quod vocatum eſt.

JESUS.

A

PATRE PHILIPPO

Ab Ochievja Ordinis Minorum Regularis Obſervantiæ Seraphici P. S. FRANCISCI; ex-Cuſtode, & ex-Miniſtro Provinciali Provinciæ

BOSNÆ ARGENTINÆ.

VENETIIS, M.DCC.LV.

TYPIS DOMINICI LOVISA.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Omne, quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo, & Patri per ipsum. Coloss. 3. 17.

Digitized by Google

CLEMENTISSIME REDEMPTOR.

Quandiu formam hujus Opuſculi, utpote vilem effectum cauſæ viliſſimæ, fui meditatus; tamdiu abſtinui, penſiculanſque hæſitavi frontem ejus Sanctiſſimo, quod exaltatum eſt ſuper omne nomen, Nomine Tuo inſignire. Nec mirum: futurum enim fuiſſe munus oblatu tantæ Majeſtati indignum, ignoraſſe non debui. Converſus tamen ad contemplandam, ejuſdem materiem, recedente formidine animus acceſſit conſtansque fiducia fore ut, ſtante vilitate licet ineptiaque formæ, ob dignitatem materiei & excellentiam, munus cum affectu ſint non aſpernanda, immo acceptabilia Tibi, & placitura. Contendebam animo (Redemptor Clementiſſime & Conditor) Tibi gratitudinem, talem qualem, præ infinitis debitis palam humiliare conſtantiſſimæ ſervitutis, & ſubjectionis mancipatum optabilem

Digitized by Google

amabilemque perpetuo, manifestare: atque jura homagii & vota reddere. Nec, quo id perficiendum fuisset, felicius quid mihi, nec Te decentius fui ratus augurandum, quam offerendo Tibi rosas dogmatum, & mysteriorum lilia ejus Ecclesiæ Sanctæ, & Fidei illibatæ, de qua ore sapientissimi in Canticis sacris olim cecinisti: sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias [2. 2.] *Ecce, Domine, lilia mysteriorum amicæ Fidei tuæ inter tribulos infidelitatis germinantia. Ecce rosæ dogmatum Ecclesiæ sponsæ tuæ dilectissimæ inter pungentissimas spinas mahometicæ crudelitatis, licet bruma barbariei nunquam cessante, incessabiliter florentes. Florentes, inquam, in hac Patria mea Bosna Argentina, quæ, Regnum infelixne dicendum sit, an beatum & felix? hæreo. Ingemiscit mancipatum tyrannice per tyrannum a tribus ferme sæculis. Tyranno regitur; obedit vel invite tyranno, quidni dicendum esse infelicissimum? Verumtamen, adorandum Nomen Tuum laudando, semperque laudabile adorando, propter quod Te ipsum ita disposuisse, per Ezechielem testaris, dicens:* feci propter Nomen meum, ne violaretur coram gentibus [20. 14.] *sed glorificetur ubique terrarum, sique gentium nulli ignotum, beatum id appellandum arbitror, & felix. Beatum, inquam, regnum, in quo justitia tua adorabilem thronum figens, esto tribulos tyrannidis, ut nos pungendo purgent, & permiserit intrudi, radicarique ob culpas Antenatorum nostrorum, & hæc usque ad tempora conservari ob nostras, germinareque toleret in pœnam: Misericordiæ tamen jus non abstulit, quin in nobis inter tribulorum angustias, punctuasque spinarum, lilia prælaudata, & rosas foveat in salutem. Felix Regnum, felicem dicere ausim culpam, cui ex justitia pœna æterna, in temporalem ex misericordia, ut sperari licet, commutatur. Beatum Regnum, in quo relucet justitia tua, Domine, ecquidem; sed misericordia Tua prælucet super omnia opera Tua; cujus jure non consumimur, consumendi cæteroquin jure illius quam*

pri-

Digitized by Google

pridem: cujus gratia in eo conservantur mysteria amicæ tuæ Fidei Catholicæ, sponsæque Ecclesiæ dogmata tam illibata, quam conservanda in hocce vili Opusculo sunt expressa. Hujus, huius infinitæ misericordiæ Tuæ jure & gratia fit atque virtute, ut nec radix eorum possit eradicari sæculo persecutionum; nec lux obscurari tenebris falsarum opinionum: nec decuti flos grandine improperiorum, nec infici odor olore infidelitatis, quin Orthodoxa Fides, ut lilium vernansque rosa inter spinas, ex densitate tenebrarum, fulgentior: ex circumdatione nequam oloris perfidiæ, fragrantior: & ex comparatione spinarum, pulchrior in eodem, quam alibi fortassis, emicet, Tibique, utpote in honorem, & glorioſam diffamationem ss. Nominis Tui cedens magis, magis placeat. Tandem speramus fore, ut jure & gratia ejusdem infinitæ misericordiæ tuæ, dictorum minuatur nihil, sed fideli sobole glisrente in tantum florendo augeantur, & augendo floreant; donec mitigato rigore justitiæ, ex integro thronum insideat misericordia, & suffocatis cunctis vepribus ac tribulis, angustiatum Bosnæ Regnum obumbrationi, ac focillationi cedat cujusdam arboris bonos fructus Tibi ferentis, fideleſque tuos solaturæ eatenus, quatenus eorum unusquisque præ gaudio valeat canere: sub umbra illius, quem desideraveram sedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo [*Cant.* 2. 3.]. *Tam hæc spero, Jesu Clementissime, quam humiliter offerendo, deprecor ennixe, ut munusculum hoc, quo amabilis mancipatus perpetuæ fidelitatis, &, ubinam dignæ servitutis promo testimonium, qualitercumque elaboratum, maximo tamen affectu Tibi oblatum, conspectui Tuo arrideat: itaque in sæcula lætus canere cum Propheta potero.*

Ego autem gaudebo, & exulsabo
in
Deo Jesu meo.
Habacuc
3.

PRI-

Digitized by Google

PRIMILOSARDNI ODKUPITEGLIU.

DOGODISAM náçin i sloxnoſt dilla ovoga, kakonoti plodd hargiavi prihargiavoga majſtora i nevrijdnoga, razghlédao; dotleſamſe ſtrashio doiſto i uſpreddao zlamenovati çello gnegovo, nakititi, i obbogatiti priſvetijm, *koeje svarhu svakoga imena*, Imenom TVOIM. Nittiſé çuditi: Zashto, imaoſam poznávati, da nie dár, koibi imao vrijdan bíti; i tollikomu velliçanſtvu, kollikomuſe klagnat imam i poznavati ú Priſvetom Imenu TVOMU, *koje nazvano jeſt ISUS*, za prikazatiſe doſtojan. Nishtanemagne, obrátivshiſe motrit i razmíshgliati japíu gnegovu, illiti gragiu od koeje sloxeno i ſagrageno; i ſtrah s'uſpredanjem zajedno odſtúpi, i sloboda niká ſinovská priſtùpi s'temeglitím uffanjem, da [premdaje nevrijdnoſt ú náçinu] zaradi doſtojanſtva japie i izvarſnitoſti, niti xeglia moja ni dár imajú biti za odbácitiſe i pogarditi, paçe dache jedno i drugo biti TEBI povoglno, drágo, i ugodno. Vazdaſam xelio, [ODKUPITEGLIU PRIMILOSARDNI, I STVQRIT.] za neizmirná dobroçinſtva harnoſt [kojú tuh] temeglité sluxbé, i duxnè gliubavi ſinovské oçitim dárom TEBI ponijziti; í viçgnega, ne magne nego xeglnoga podloxſtva i poklona dúxnoſt, i zaavitte moje pokázati: Nítiſam, çiembi ovo iſpunio, meni shto srichnnihe, ni TEBI priſtojnnihe mochi izgonetati procijnio, negoli prikázavshiti ruxice çlánáká, i ottajſtvij gligliane oné Czarkvé Sveté, i viré neoskvargnenè, od kojeſi po úſtij Primudroga davno ú piſma svetij pivao: *kako gliglian megiu targnem, tako prlateglicza moja megiu kcherma*. Evo,

PRI-

Digitized by Google

PRIVISSOKI GOSP. Evo glighani ottajſtví viré TVOJE, koij megiu draçjem ráſtú od nevirſtva: Evo ruxice çlánáká prateglicè i zaruçnice TVOJE pripogliubglené, s. Czarkvé Katoliç. megiu prioshtrím targnem Turské xeſtiné, premdaim zíma, mraz, i tuçça od progonſtva nigda nepriſtaje, brezpriſtanka czvatuuché. Czatuuché, velím, ú oççinſtvu ovom momomu; Boſni Srebarnitoj. Kojú, il imam rechi Kragleſtvo neſrichno, il Blaxenno i srichno? neznadem. Czvijlij zarobgleno, i podloxeno po nevirniku nevirno od triſta blizu godijná. Nevirnikomſe vládá, slushá nevirnika inaſramotu, gnemu slúxij; çinijſe dakle dabiſe imalo rechi prineſrichno s' podpunnijm rázlogom.

Nishtanemagne, od viçgnega poklona prislavno Ime TVOJE fálechi, i poffaglenomu vazdaſe klagnajuchi, zaradi koga, da TI iſtí tako jeſi urédio, svidoçijsh po Ezekielu, govorechi: *uçioſam zaradi Imena moga, daſe negardij prid národma*: nego nekaſe proslavgliá po svij zemglia, i svakom národu budé poznano: blaxenno daſe imá rechi, procigniujem, i srichno. Blaxenno, velim, kraglieſtvo, ú komu Pravda TVOJA poſtavivshi uzvelliçano príſtogle, premda draçie od nevirſtva, i targne od progonſtví, da boduchi nas çiſtij, i doppúſti uvúchiſe, í ukorijniti, zaradi pomankágnij nashij ſtarij roditégliá, i pripúshta josh uzdarxávatiſe zaradi nashie, za pokoru: Saſvimtizijm, Milloſardju obláſti nedixe, da ú nama pravovirním, megiu tollikóm draçja i targnia oshtrinom ſtiſnutím, negoji glighiáná reçení i ruxijcza, na ſpaſegne. Srichno kragleſtvo, srichna [imam rechi] pomankagnia, koizim po Pravdi pokáiagne viçgne zaslúxeno, promigniujeſe (kako imamo uſſati) ú vrimenito po Milloſardju. Blaxenno kragleſtvo, ú komu sja Pravda TVOJA iſtinaje, [GOSPODINE] ali proſieva Mílloſardje TVOJE svarhu sviú dilá TVOI: koga oblaſtju neſmankáemoſe, koibi imali bit smankáni davno oblaſtju oné: koga milloſtju uzdarxájuſe megiunama ss. ottajſtva právè viré, i çlánci s. Czarkve Katoliçanskè, zaruçnice TVOJE, tolliko çiſti i temegliti, kolliko duxni i potribiti za uzdarxavatiſe, u ovomu dillu (premda malashnu i hargiavu) jeſu izreçeni. Ovoga, ovog neizmirnog Milloſardja TVOGA oblaſtju, milloshchiom, i kripoſtju bijvá, da nitti korín gniov more iskorínitiſe motikom od progon-

Digitized by Google

gonſtvi ; ni svitloſt zasjenitiſe tminama od suumglí , i naúká laxgliví ; ni czvijt ottrúnitiſe graddom od pogardá , i hukórá ; ni mirijs pokváritiſe offionom vogniom od nevirſtva , da neſsja s. Vira podpunno ſ cillovito ; tijshtechi vazda i uzdarxajuchiſe , kako sjajní glígliani , i ruxice ruméne , koje czvatú ú primalitje : i ukazujuchiſe iz guſtiné tmijná , sjajniha ; iz obaſtartja zlé vogné od nevirſtva , mirishavviha ; i iz primijgnenja tarnatoga draçja , ghizdavviha ovdi ú gnemu [more biti] negoli na mloghí drughí miſti , gdi reçene ſuprotivshtine mankajú . Odkud uzdamſe , da i TEBI , kakonoti na poshtegne i slavno razghlashenje Priſv. Imena TVOGA ſtuupajuchi vechma , vechmaje ugodna , draga , i milla . Najposlij imamoſe uzdati , da nie na dalleko zadogoditiſe , da oblaſtja ſ milloschiom iſtoga Milloſardja TVOGA neizmirnoga od oviziú nishtaſe neſmanká , nego raſtuuchím ploddom pravovirnijm , za tolliko czvatuchi budéſe uzmloxati , i uzmloxajuchi Czvaſti , dokle razcinivshiſe xeſtina Pravdè cillovito ſiddé na priſtolje Milloſardje ; i zatuushivshi sve targne ſ draçje , oxaloshcheno kragleſtvo Boſanſko , ſtuupí pod sjen , i razlágenje kogagodi ſtábla , zrakam iſté víré svetè ſjajuuchega , kojeche i TEBI plodde dobré prinoſſiti , i uttishiti ú gnemu pravovirné tolliko , kolliko svaki od gni , s' devotom onom zaruçniczom nebeskom mochiche pivati : *pod sjenom onoga , kogaſam xelio ſioſam , i plod gnegov sladak garlu movu* . Tolliko ovó uſſam , (ISSUSE PRIMILOSARDNI :) kolliko prikazujuchi ponijzno , mollím sveſardo ſ proſsím , da dárak oví , kakoegodi iſtrugen , ſaſvim tizím s' najvechiom xegliom i poníznoſtju Prislavnomu Imenu TVOMU prignut ú prikazati , prid obrazom TVOJIM bude ugodan ſ prímglen . I tako uttishen mochichiu ú víke s' Prorokom pivatí :

A ja veſellichiuſe , ſ radovati

u

Bogu ISSUS momu

Digitized by Google

AD LECTOREM.

NEC formæ duplicitatem, neque materiei paucitatem hujuſce opuſculi admireris, amice lector, illa, ſi tibi ſupervacanea, aliis, quorum obtemperare monitis mea intererat, non minus frugi probabatur. Hæc, quæ copioſior equidem intentioni fuerat, effectu fruſtrari ingemuit: Quoniam infelici in patria, temporeve (licet primo mihi vacante) infeliciſſimo operi manum appoſui - Illo, nimirum, quo deplorabilis hæc patria mea Boſna Argentina, & ſeditionibus univerſa ardet, & bellis ac cædibus inteſtinis conſumitur. Vulgus enim horum mahometicæ ſectæ barbarorum tyrannica, & injuſtiſſima aggravia ſuorum principalium ferre non valens; inſurrectione facta, & conſtitutis ſibi ex geniceris proprio marte Rectoribus, adeo cuncta perturbarunt, ut omnino non ſciatur, apud quem ſit auctoritas gubernandi, & judicandi.

Hiſce itaque temporibus, in turbatiſſimo hoc Regno videre eſt, amice Lector, frequentiſſimum, barbaros mutuo cædi, palatia magnatum violenter diruncinari, domos comburi, invicem depopulari, arces obſideri, & cætera id genus. Quæ, licet ab inte-

gro

Digitized by Google

gro, fiant lustro; adhuc finis eorum portenditur nullus. Si hæc barbari mutuo sese inter, tuæ, prudens Lector, committo reflexioni & considerationi, quid Christianos, & præsertim Religiosos Sacerdotes pati oporteat? Credito, frater venerande, hæc inenarrabilia esse, dictuque incredibilia, expertus dumtaxat potest credere. Quid pauperculi Religiosi Sacerdotes curæ animarum applicati foris, dum cognoscuntur (tecti cæteroquin sæculari indumento latere conantur): tolerent taceo. Contra hos vero, qui in Conventibus occlusi delitescunt, efferati, atque effrænati geniceri, quorumcumque majorum jugo excusso, & quavis auctoritate humana conculcata [porro de Divina sensus illis, & cogitamen est nullum] laxatis vafritiei suæ habenis, nihil crudelitatis, tyrannidis nihil non exercent: irruunt diu, noctuque sæpe, extorquentes, præter cibum potumque, taxam pecuniariam juxta placitum. Unde die 18. Octobris mox lapsi anni 1752. facto impetu in hunc Conventum s. Joannis Baptistæ SuttisKæ, diriori solito, atque neroniori, nulla prece, oblationibus nullis, ac promissis superba eorum violentia, & tyrannica vafrities sedari potuit; quin muris & tecto conscensis, unus se dimiserit in Claustrum, cæteris portam reseraturus: dumque forium aperitionem impedire conaremur; hi, qui aforis præstolabantur, scloppos per fissuras valvarum explodendo vulnus mihi in suprema parte dextri femoris a tergo inflixerunt: non quidem lætale, difficillimum tamen, præcipue hic, ubi caremus chirurgis peritis, curatu. Nam globus profunde in crassiorem infixus carnem excipi cum non possit, in tertium mensem lecto hæreo, nec incepto operi valens incumbere, desistendum pro nunc judacavi, & hanc, licet pauculam meteriem cum primum luci dare, ratus fore, ut non diu durent dictæ calamitates. Exploraturus interim an Tibi, aliisque opusculum probetur? quod probari si fuero edoctus, Deusque tranquilliora tempo-

ra,

Digitized by Google

ra, atque vitam una cum ſanitate donare dignatus fuerit, amplificationi forte incumbam.

Citationes tum ſacræ Scripturæ, cum SS. PP. DD. & interptetum, in teſtimoniis Illyricis conſulto omiſi: ratus ſupervacaneum repetere, cum eas videre poſſis in latinis, ſub eiſdem §§.

2. Sicut in concionando, longiores, nec non frequentius repetitas ſententias, ſolitus non fui ſemper latine edicere, ita nec imprimi plerumque feci: verumtamen curſivis litteris ſunt poſitæ, ut ſcias eſſe ſententias: & ſi placuerit, videre poſſis eas in teſtimoniis latinis.

3. Demum rogo te frater, ut ſi quid laude dignum in hoc opuſculo repereris, Deum, cujus ſola gratia id factum judicato, laudes. Quidquid vero erroris & mendæ, mihi compatiens adſcribito; qui talia non, niſi ex debilitate & ignorantia commiſi, & fortaſſis plurima. Omnia interim ſubſterno emendationi, & correctioni s. Matris Eccleſiæ Romanæ: cum qua omnia, præterquam nihil, credere me conſtantiſſime profiteor. Tu igitur amice Lector, mendas mihi compatiendo, emenda. Deo me indigentem commenda. Deo item, Tibi, & proximo diu vive.

Dabam suttisKæ 14. Januarii 1753.

Digitized by Google

Od slovosloxja (orthographiæ) IlliricsKoga slovma latinsKìm.

U' Dvíſu varſte razdígleni pijſci, koij metashe na shtampu dilſa latinskim slovma ujezik nashkí. Parvij, ú slovosloxju slídæ izgováranje talianskó, za izrechi rijçi nashkæ : A drughij slídæ magjarskó. Kako na prijliku ovæ, i drughæ príliçne rijçi.

Parvij	*tolliko vaglià*	*Drugbij*
Kgliuç Kraglev	Clavis regis	Kljucs Kraljev
Ochiu chiutiti	Volò audire	Ochu chutitì
Ovcza Czareva	Ovis Sultani	Ovca Careva
çujem, çiním	audio facio	csujem, csínim.
naſcia ſctetta	noſtrum damnum	naſſa ſtetta &c.

Nishtanemagne, poznanoei imá biti, poshtovaní shtioçe, da nìti od jednæ varſtæ reçenie, ni odrugheſe svi pijſci ſlaxú ni megiuſobóm, á kamolli varſta ſvarſtom: dakle za ſada, buduchi daſe josh nijſmo sloxili, neimash kárati moga slovosloxja : od koga moreſe rechi, *quot capita, tot ſententiæ : kolliko gliudìj, tollìko chiúdij*. Mojæ ſaſvijm tizijm ſententiæ ovdi [govorim ú pijſanju svídoçanſtví Slavo Boſanskí] i chúdi neima ; buduchi daſam slidio gdigdi parvæ, á gdigdi drughæ : Slavechiſe poshtovati za Meshtre jedne i drughæ, i obodvoihú nazvatiſe uçenik.

Rechichesh 1. Nittiſi slijdio jednij ni drughie za datti zúk oblij, ílliti krúpnij slovu s. negoſimu nadoſtavglio h. na prijliku, *shipka nasha*: gdi parvij pijshu, *ſcipka naſcia* : drughi, *ſhipka naſſa* : dakle udobnoſe ponizujesh. Odgov. tájímti, brate, slídenje : i velím : iſtinaje da nijſam ú ovom slídio ní parvij ni drughij : zashtoſamſe slavio imati vishe Meshtárá: znaj dakle iſtinnito daſam tako izgovaranje, i slovosloxje nashao ú nikij kgnixicza shtampanim : tako ottioſam i onoga pijſcza za meſtra poshtovati : ako nevirrujesh potrudiſe na razgovòr dochi ú Suttísku ochiuti ukazati reçenæ kgnighe : á drughi púc dachiuti i rázlog obilnií ſadbomie krátko vrijme.

Rechichesh 2. Tiſe falijsh, daſe slavijsh bit uçenik : od kogaſi dakle Meshtra nauçio ú slovosloxju dok nashki pijshéſe metati æ . niod koga: ergo &c.

Odgov. iſtinaje, ali ni zató neimashme tolliko kárati: tuſam ottio moju laſnóſt, a kadaſe imá produxati, blizu kao pridvoſtruçiti, naprijliku: habeo mihi ſervientes: imam meni *sluxæchæ* lashtemie bijlo upijſati, nego ovak, *sluxeechee*, inaçié od togaſe zove *diphtongus*, illiti dvoſtvuko, sluxioſamſe za dvá. Akolime josh ſtiſnésh govorechi, mogaoſi onó slovo uçiniti daſe produxí (za laſnochiu od onie koichæ shtiti) s'accentom, illiti bilixkom dannutja, kako i drugá slovva ghlaſovitá. Iſtijmi odgovorbi slúxio: tojeſt za moju laſnochiu: zashto æ. uçinijm odmah, neodnijmajuchi pera, á za uçiniti accenat, vagliaga odnijmiti, i izgubiti vrijme shtobi mogao slijdechi drugá dva slova uçiniti : i dati pravo kaxem, da

drugá

Digitized by Google

drugá slova glasovitá imajú, kako æ. dvostruka, gdigodise imá prodúxiti blizu do pridvostruçenja, gnimabise bio sluxio. A pák shto velijsh dasamga mogso produxiti s'accentom, ú tomesemú ugodio, zashtosam gdigdi produglivab i s'accentom. najposli da ne rekú onij koij dvostruçæ: jesam gdigdi. prem da rige, i gni slidio, pridvostruçajuchi slovo glasovito: kako *vidi audientes: Vidiosam slisshajuzhe.* Dakle shtosam ottio biti sviú ucenik, niti jednog odbrejvao, dok drugog slidio: illidoksam i na moju lasnost kakadi nastojao: toh mislim dacheme oggovoriti za sad zadosta; á ako oní od koga visí mouch i xivot uzochie, da josh shtogodi metnem, ne shtampu svrimenom: more biti dachemose razgovoriti i josh svarhu ovog sluvoredja. Xelim da tvoja dobrota ukrijvná popravij: zashto ako poçnesh svaka kárati, morre biti dachesh náchi i vechie krivijcá, kojesam po slabosti doisto razzuma moga, (aka shto budæ) a ne inacie, pripustio. Megiuto svaka podláxem popravglenju s. Majkæ Czrkvæ Katoliçanskæ, ú krijlu koje temeglito xiviti odluçujem, i xelím umritú. Amen.

Digitized by Google

APPROBATIO THEOLOGORUM.

JUxta mandatum Reverendiſſimi Patris noſtri Bernardini a Terlitio Commiſſarii Generalis, & Apoſtolici, legi opus, cui Titulus *Teſtimonium Bilabium*: Continens ſolemnes Conciones de omnibus feſtis Sabaoth: & alias nonnullas de B. V. ac de quibuſdam Sanctis. Latino, & Illyrico idiomate exaratas: Compoſitum ab Adm. R. P. Philippo ab Ochjevia, ejuſdem obſervantiæ Theologo Lectore, jam Cuſtode, & ex Miniſtro Provinciali. In quo quidem opere, non ſolum nihil Fidei Catholicæ diſonum, & probis moribus contrarium reperi, verum zelantiſſimi Viri, qui pluribus annis multis in locis ſingulari zelo, & eximio animarum fructu eaſdem Conciones prædicavit, ſtudium, laborem, & ingenium admiratus ſum. Propterea judico dignum, ac perutile opus Typis mandari; præſertim cum idiomate Illyrico pauciſſimæ hujuſmodi conciones inveniantur.

Datum Spalati in Conventu ss. Redemptoris, die vigeſima Septembris anno 1754.

Fr. Hieronymus a Rama
Lector Jubilatus, & ex Provincialis.

Idem opus, eiſdem, ut ſupradictus, cenſura & commendatione cenſeo: & quod Typis mandetur dignum, atque utile judico.

Spalati in Dalmatia, die, & anno ſatis.

Fr. Franciſcus Ivanovich lector Jubilatus, & ex Provincialis.

Facul-

Digitized by Google

Facultas Reverendiſſimi Patris Superioris Generalis Ordinis.

FRater Bernardinus a Terlitio Ordinis Minor. Regularis Obſervantiæ S. Patris N. Franciſci Lector Jubilatus, & in hac ciſmontana Familia tam Obſervantium, quam Reformatorum, & Conceptioniſtarum Commiſſarius Generalis, Viſitator, & Reformator Apoſtolicus, & Servus.

Cum opus compoſitum a Rever. Patre F. Philippo ab Ochievia noſtræ Obſervantis Provinciæ Boſnæ Argentinæ Lectore Theologo, & ex Miniſtro, cujus titulus eſt: *Teſtimonium Bilabium* a duobus PP. Theologis, quibus id commiſſimus reviſum, & approbatum fuerit, vigore præſentium facultatem eidem concedimus, quatenus ſervatis ſervandis illud Typis mandare poſſit. Dat. Romæ ex Aracœli die 26. Octobris 1754.

F. Bernardinus a Terlitio
Commiſſarius Gener.

Loco ✠ Sigilli.

De Mand. Reverendiſs. in Chriſto Pat.
F. Franciſcus Ant. a Mutiliana
Secretarius Generalis.

IN-

Digitized by Google

INDEX

Testimoniorum, [in quo & assumpti cujusvis synopsis] in hoc opusculo contentorum.

I. DE SS. nomine Jesu. In quo ostenditur, quod homini ex patria paradisi expulso, cosctoque morari in mundi deserto, pleno venenis prædonibus, & hostibus hoc ss. nomen sit medicina potentissima: turrisque & armatura fortissima: tamen a multis tam parum honoratur, quin potius contemnatur. 1

Idem Illyrice. *Isté Slavo Bosanski.* 12

II. De Mysterio Circumcisionis Domini. In quo exponitur remedium peccati originalis pro quolibet statu: & indagatur causa Circumcisionis Domini, quæ statuitur esse: quia voluit vocari, & esse JESUS. 25

Idem Illyrice. *Isté Slavo-Bosanski.* 35

III. De Epiphania Domini. In quo ostenditur 1. quod Magi fuerint reges. 2. quidnam cum illis credendum sit de puero Bethlemitico. 3. qualiter fides operibus illustranda sit, & contestanda. 46

Item Illyrice. *Isté Slavo-Bosanski.* 59

IV. De Passione Domini. Historia Christi patientis, & Mariæ Matris ejus compatientis: moralitatibus subinde referta. 72

Idem Illyrice. *Isté Slavo Bosanki.* 97

V. De Passione Domini secundum. In quo ostenditur triplex lancea in passione Domini: 1. Amoris sui erga nos quæ quodammodo eum torquere cœpit a mundi exordio. 2. ingratitudinis nostræ erga illum. 3. tormentorum. 124

Idem Illyrice. *Isté Slavo-Bosanski.* 144

VI. De Resurrectione Domini. In quo ostenditur 1. ineffabilis lætitia s. Matris Ecclesiæ, quia Sponsus ejus victo diabolo, morte, & inferno glorioso magnificatus est. 2. quod hosce inimicos pro nobis quoque vicerit; dummodo ejus corporalem spirituali nostra resurrectione imitemur. 167

Idem Illyrice. *Isté Slavo Bosanski.* 178

VII. De Resurrectione Domini secundum. In quo explicatur mysterium descensionis ejus ad inferos; & annuntiatur gaudium resurrectionis. 190

Idem Illyrice. *Isté Slavo-Bosanski.* 199

VIII. De Ascensione Domini. In quo spectatur magnificentia, & gloria ascensionis, atque ingressus ejusdem in cœlum: unde derivatur nobis quoque lætitia, ac utilitas permulta. 209

Idem Illyrice. *Isté Slavo-Bosanki.* 221

IX. De Spiritu Sancto in die Pentecost. In quo, 1. comparatur vento vehementi; quia altos deprimit, & elevat humiles. 2. imbri, quia arida irrigat. 3. igni, quia frigida calefacit obscura illuminat, &c. 234

Idem

Idem Illyrice. *Isto Slavo-Bosanski.* 246
X. De SS. Trinitate. In quo ostenditur 1. ita esse hoc mysterium credendum; ut alias nullus sit salvandus. 2. ita altum & inscrutabile, ut multis appareat stultitia id credere. 3. reflectendo ad miros ejus effectus in creaturis, noscitur hæc stultitia fidelium, vera esse prudentia humilitatis; sapientia vero infidelium, vera dementia pertinacitatis & superbiæ. 258
Idem Illyrice. *Isto Slavo-Bosanski.* 269
XI. De SS. Eucharistiæ Sacr. in die Corporis Christi. In quo ostenditur 1. quod Eucharistia in se sit donum tam excellens, quam Deus ipse majus facere non potest, nec nobis dare. 2. erga nos tam utile, quam per id provisum est nostræ necessitati, sublevata nostra depressio, & ditata nostra paupertas, ad despectum hostis infernalis. 3. quare nonnullis mors est potius quam vita? 282
Idem Illyrice. *Isto Slavo-Bosanski.* 295
XII. De Nativitate Domini. In quo ostenditur 1. quod sit Mysterium ineffabile, immo nec indagandum curiose, sed humiliter credendum. 2. quod, conversa consideratione ad locum ubi nascitur, & ad pannos ejus, habeatur motivum admirationis, imitationis, & dilectionis &c. 310
Idem Illyrice. *Isto Slavo-Bosanski.* 322
XIII. De Immaculata Conceptione B. V. M. In quo ostenditur, quod Maria in primo instanti suæ Conceptionis fuerit 1. a culpa originali præservata. 2. super omnem creaturam specie & decore adornata. 3. tantis donis & gratiis repleta, ut præ iis speciem externam nec gloriæ ducat. 335
Idem Illyrice. *Isto Slavo-Bosanski.* 344
XIV. De Annunciatione B. V. M. in quo proponendo virtutem, & efficaciam hujus verbi, *Fiat*, spectatur incarnatio Filii Dei: Matrisque ejus virtutes, quibus eam quodammodo promeruerat. 356
Idem Illyrice: *Isto Slavo-Bosanski:* 365
XV. De Assumptione B. V. M. in quo ostenditur; dulcedo morientis; gloria refurgentis: magnificentia in cœlum ascendentis: potentia regnantis, & misericordia nos protegentis. 375
Idem Illyrice: *Isto Slavo-Bosanski.* 387
Discursus brevis Illyrice tantum, pro supplemento folii. Razgovor kratak, za uttishenje siróta udovicza: tomaçechi lectione: *Agrum hunc fertilem.* 397

CONTENTA IN ADDITIONE.

XVI. De Dignitate Sacerdotali: in quo ostenditur, quod in Ecclesia militante potestas, præter Divinam, major Sacerdotali non detur: itaque summe sunt venerandi. Pagina additionis. 1
Idem Illyrice: *Isto Slavo-Bosanski.* 11
XVII. De s. Joanne Evangelista: hic in cœlo mystico Ecclesiæ mi-

Digitized by Google

militantis inter fideles, ut sol in physico inter sydera: primo: fuit *vas admirabile*, qui continuerat omnes radios dignitatum, & in quo luxerat excessus mutui amoris cum Divino Magistro. Secundo *opus excelsi*, in quantum renatus & recreatus fuerat quodammodo filius Mariæ V. in Calvaria. Pag. addit. 22

Idem Illyrice. *Isto Slavo Bosanski.* 31

XVIII. De Seraphico P. S. Francisco Assisate: in quo spectatur pugna ejus & victoria super hostes, pro acquirenda paupertate; & qualiter hæc omnibus necessaria sit ad salutem. Secundo in paupertate divitias quoque veras possederat incomparabiles. Pag. addit. 41

Idem Illyrice. *Isto Slavo-Bosanski.* 53

XIX. De s. Catharina V. & M. in quo ostenditur eam accepisse a Domino quinque talenta bonorum temporalium; quibus tam bene usa est ac mercata, quam singulis singula spiritualia virtutum comparaverit. Pag. addit. 65

Idem Illyrice. *Isto Slavo-Bosanski.* 77

XX. De s. Francisco Xavario: in quo ostenditur trina lux in semitis ejus. 1. in corde ardens. 2. in opere lucens. 3. ex ore accendens, & consumens. Pag. add. 90

Idem Illyrice. *Isto Slavo-Bosanski.* 101

XXI. Et ultim. hujus opusculi. De ss. Nomine JESU secundum, (quia in hoc cæpi, huic dicavi, in hoc & finire judicavi) in quo ostenditur, quod hoc nomen ss. sit donum nobis a Deo datum superans alia dona & beneficia cuncta, primo, in dignitate sua, & exaltatione. 2. in consolatione nostra, & salute. Pag. addit. 112

Idem Illyrice. *Isto Slavo-Bosanski.* 122

Digitized by Google

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del P. *F. Gio: Paolo Zapparella* Commiſſario del Santo Officio di Venezia, nel Libro intitolato: *Teſtimonium Bilabium Latino-Illirico ec.* non v' eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro; niente contro Principi, e buoni coſtumi concediamo Licenza a *Domenico Loviſa* Stampator di Venezia, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 5. Giugno 1755.

(Alviſe Mocenigo K. Pr. Rif.

(Marco Foſcarini K. Pr. Rif.

Regiſtrato in Libro a Carte 5. al Num. 61.

Giacomo Zuccato Seg.

1755. 9. Giugno.

Regiſt. nel Magiſt. Eccellentiſs. de' Signori Eſecut. contro la Beſtemia.

Franceſco Bianchi Seg.

ERRA-

Digitized by Google

Pag.	Col.	Lin.	Errata	Corrige
1	in titulo		NONINE	NOMINE
4	1	48	precioſum	pretioſum (& alibi)
9	1	50	millitibus	militibus
9	1	9	Cratius	Cracius
13	1	7	gororámo	govorámo
16	2	18	miséti	miséci
19	1	6	kroççi nusgnegovu	kroççinu gnegovu
26	2	23	delitiæ	deliciæ (& alibi)
31	1	13	excæccatus	excæcatus [& alibi]
33	1	28	mertium	mercium
45	1	46	ottrovnom	ottrovnom
45	2	46	. Iſukarſtvo	; Iſukarſtovo
46	in them.		*mirrham*	*myrrham*
52	2	11	Calvario	Calvaria
70	2	47	neimaeno	neimamo
76	1	16	rixiſſe	riſiſſe
81	1	5	interumpit	interrumpit (& alibi)
84	1	49	girat	gyrat .
85	2	14	(Jo. 28. 24	(Pſal. 1. 4.)
86	1	39	Hærodem	Herodem
86	2	26	ſædaretur	ſedaretur
88	2	36	fragidum	fracidum
89	1	39	interrogabat	interrogabo
108	2	33	dahu	duhu
136	2	11	laneea	lancea
138	2	49	dittaavi	ditavi
154	1	23	dashu	dushu
201	1	43	izradſ	izvadſ
214	1	15	reſonabaiit	reſonabant
215	1	22	cunctare	cunctari
266	1	14	magnificentia	magnificentiam
277	1	32	ſtovorenju	ſtvorenju
300	2	50	Jaſum	Jaſam .
358	1	33	ordinavit	ornavit
358	2	17	dicam	diem

ADDITIONIS.

Pag.	Col.	Lin.	Errata	Corrige
13	2	40	isliti	iliti
13	2	49	zabibixenu	zabilixenu
39	2	48	a svima	u svima

In Synopſi marginali.

Pagina	142	*in Matribus*	*in manibus .*
Pagina	320	*ut diligere*	*non diligere*

Digitized by Google

TESTIMONIUM I.

DE

SS. NONINE JESU.

In quo oſtenditur. Quod homini, ex paradiſi patria expulſo, coactoque morari in mundi deſerto, pleno venenis, prædonibus, & hoſtibus, hoc SS. Nomen, ſit medicina potentiſſima, ne venena illi noceant: turriſque, & arma fortiſſima defendendi a prædonibus, hoſteſque vincendi, tamen a multis tam parum honoratur, ut potius contemnatur.

Vocatum eſt nomen ejus JESUS. Lucæ 2.

1 ILLI, qui exularet a Domo, a civitate, & a patria propria, cogereturque vita durante habitare in uno deſerto; pleno, ex una parte herbis virulentis eatenus, ut tantum ſit appropiare illis, quantum poni in evidens intoxicationis periculum: ex alia parte, prædonibus, & hoſtibus, qui undique illi inſidiantur, conando deprædari eum, & necare. Tali, inquam, infortunato, poſſetne fieri majus beneficium, quam dari pharmacum adeo excellens, ut virus nullum ei nocere poſſit: Oſtendi turris adeo fortis, ut accurrens ad illam, a quibuſvis prædonibus valeat defendi, & donari armamentum, adeo inſtructum, ut eo utendo omnes hoſtes poſſit vincere? Ah! hoc utique eſſet beneficium, quo majus deſiderari nequiret, quanto minus fieri! Pro quo dictus infortunatus deberet, non ſolum gratias agere benefactori ſemper, ſed etiam tantum cavere, ne illum, vel in minimo offendat, aut injuriam illi inferat, quantum cuſtodit, & ſervat propriam vitam ſuam. Vultis nunc dicam vobis N. veritatem? Tota infelicitas dicta accidit homini: Totumque dictum beneficium factum eſt eidem, & datum a Deo in glorioſiſſimo nomine Filii ejus, *quod vocatum eſt JESUS*. Aſt reperiuntur Chriſtiani: (proh dolor! quid coactus ſum dicere? utinam non eſſet hoc verum!) reperiuntur, inquam, Chriſtiani, qui pro tanto beneficio, non ſolum dignas non agunt gratias, ſed imo eiſdem armis militant contra ſuum benefactorem, ſagittando, & offendendo eum. Totum hoc ex Ss. paginis, hodie teſtificabor; adjuvante eodem Sanctiſſimo nomine Jeſu. Et incipio.

2 Quod homo, ſit ille infortunatus, de quo mox ſumus locuti, teſtantur nobis primæ paginæ Sacræ Scripturæ indicantes, quod eum Deus creaverit ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam; poſt Angelum creaturam excellentiſſimam; & ſicut

Homo eſt infelix exul a ſua patria.

Digitized by Google

cut Angelo pro proprio habitaculo designavit cœlestem, ita illi terrestrem paradisum; subjiciendo omnes creaturas terrestres ejus dominio, servitio autem, etiam cœlestes. Hic nihilominus, suggestione hostis infernalis deceptus, transgresso Dei præcepto, quo infelicius peccavit, eo dignius ex paradiso, qui illi datus erat, inhabitandus, & fruendus, quamdiu victurus in terra fuisset, expulsus est, locatusque in deserto hujus mundi, commoraturus tota mortali vita durante. Locatus est, inquam, imo & coactus morari in deserto; & quidem deserto pleno venenis, hostibusque innumeris; quia idem hostis infernalis, qui hominem ad peccandum induxit: *posuit*, inquit vates S. Isa. *posuit orbem in desertum*: (Isa. 14. 17.) per quod desertum seminavit, & plantavit herbas virulentas; peccata nempe, occasionesque peccandi, ut quicumque eis appropiaverit, intoxicetur. Item replevit prædonibus, atque inimicis visibilibus, & invisibilibus. Quid enim sunt homines malefactores, qui ejus suggestione persequuntur nos, diversisque circumveniunt dolis; nisi visibiles hostes? Porro invisibiles sunt ejusdem ministri tartarei, quos mittit, ut nos tentando inducant ad malum, & ad peccata; a bono vero avertant; & præsertim, ut per impatientiam, iram, & maledictiones amittamus meritum sanctæ patientiæ in miseriis, quas patimur. Et quid ultra? tam desertum miserabilis hujus mundi, abundat venenis omnigenis, & prædonibus, quam verum est dicere, quod homo, quocumque vertatur, quocumque moveatur, quidquid agat, imo quidquid cogitet, & loquatur, in omnibus timendum sit ei venenum peccati, in omnibus enim inveniuntur dicti prædones; *Insidiantes quasi aucupes*, inquit S. Vates Jer. *laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros*: [Jer. 5. 26.] atque inficiendo veneno mortifero. Unde audio S. Proph. David clamare ad Dominum, lamentando: *Eripe me Domine, quia absconderunt superbi laqueum mihi*: [Psal. 139. 6.] O infelicem hominem, quam in formidabili deserto, ex propria civitate expulsus, & patria, habitare coactus est!

Mundus est desertum plenum venenis, & prædonibus.

Audio nihilominus eumdem Davidem alibi exultanter clamantem: *circumdederunt me, & in nomine Domini ultus sum in eos*: [Psal. 117. 11.] Non solum mihi venenis suis, & insidiis, atque laqueis non potuerunt nocere, sed etiam, *ultus sum in eos*, vincendo illos, & in probrosam fugam vertendo. Sed qualiter hoc accidit, o S. Propheta? quia, inquit, *nomen Domini invocavi*. Hoc N. hoc nomen Domini est illud, quod *vocatum est JESUS*. JESUS fuit fortitudo ejus, uti illeipse alibi canit: *fortitudo mea, & laus mea Dominus*: (Psal. 114. 4.) JESUS est dextera omnipotentis, canit enim idem S. Vates: *dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me*. (Psal. 117.) JESUS est digitus Patris cælestis, unde filius Dei, & dicebat Pharisæis: *in digito Dei ejicio Dæmonia*: (Lucæ 11. 20.) Idest, in virtute hujus nominis JESUS, quod mihi Deus Pr. imposuit, & in me generi humano donavit. Non miror modo, quod Vates S. Habacuc, prophetico Spiritu prospiciens infelicitatem multorum, in hoc deserto, qui veneno intoxicati, laqueis capti, & insidiis hostium conterriti, erant futuri steriles, & infructuosi in vinea Domini s. Ecclesiæ; admirando, & quasi eis improperando clamat: *non erit germen in vineis*? Quid est hoc? adeo ne formidatis: adeone annihilati estis? *Ego autem gaudebo, & exultabo in Deo JESU meo*: [Habac. 3. 17. & 18.] q. d. illi infelices sint, & formidolosi, qui

3

Nomen JESU instrumentum victoriæ, & gaudii.

non

Digitized by Google

non satagunt invocare nomen Domini, *quod vocatum est JESUS*, & reverenter eo uti: cæterum, qui id digne invocant, & colunt, infelices esse non possunt, minusque formidare venena, aut hostes ullos debent, esto oporteat eos morari in hoc formidabili deserto: quia habent medicinam contra venena: habent turrim, & arma fortissima contra hostes in hoc glorioſissimo nomine, JESUS. Habemus, dilectissimi, medicinam, seu unguentum quoddam, in hoc SS. nomine, tantæ virtutis, ut non modo inunctio ejus, & applicatio, sed etiam ipse ejus odor valeat impedire mirabilia venena, ne noceant. Auscultate, quæso, hanc veritatem.

4 Ecce quando accipio ob oculos speculum Sacr. Script. speculorque grandia Dei beneficia super populum hebræorum; hujus autem populi enormissimam ingratitudinem, erga eadem beneficia: videor mihi intueri quamdam æmulationem bonitatis Divinæ, cum nequitia dicti populi, profecto quasi fieret experimentum; bonitasne Divina fit fortior in ditando eos suis gratiis? an malitia eorum in contemnendo Deum? Enim vero numquam visa, nec forte videnda sunt in mundo talia prodigia, qualia Deus fecit in Ægypto super Pharaonem, donec coegit eum dimittendi illos ex sua captivitate. [Exodi a cap. 4. usque ad 12.] Eductis denique misit Angelum ducem itineris, qui eis luceret noctu, in columna ignis, regeret eos diu ab æstu in columna nubis: confortaret lassos, & a quibusvis hostibus protegeret. (Exodi cap. 16. & 17. per totum, & Num. 11.) Et cum his omnibus, vix egressi ex Ægypto: Ecce retrospicientes, intuiti Pharaonem cum exercitu, illico, amissa fiducia in omnipotentem, blasphemare eum cœperunt murmurando, quasi eduxisset eos, ut pereant in deserto; pro qua iniquitate, tantum abest, ut eos puniat, tradatque Pharaoni, quantum aperuit eis viam per mare rubrum, veluti per campos amænissimos; Pharaonem vero in eodem, cum toto exercitu submersit. Transito tamen mari, nec amplius hostes timentes, iterum blasphemant Deum, murmurando propter sitim: pro hoc quoque scelere, non modo eos non punit; sed etiam, nunc eis aquas amaras vertit in dulces, nunc ex vivis lapidibus educit flumina, ut eos potaret. Sed quid? post pusillum, iterum Deum blasphemant murmurando propter cibos; tunc eis dedit mannæ, seu panem cælestem, *omne delectamentum in se habentem*, teste Sapientis. *& omnis saporis suavitatem*: (Sap. 16. 20.) Ast neque hoc contenti: eousque crevit eorum iniquitas, ut dicere sint ausi: *Anima nostra nauseat super cibo isto levissimo*: (num. 21. 6.) & petentes carnes improperabant ei, quod sibi melius erat in Ægypto. Quis crederet modo eos non puniendos, & enecandos fame? & tamen tantum hoc abest, quantum, teste Psalte, misit illis, *sicut arenam maris volatilia pennata*, itaque, *desiderium eorum attulit eis*. [Psal. 77. 27. & 29.] Cum tandem Dei bonitas fortior esset eorum ingratitudine, & iniquitate, quia non modo omnibus necessariis, in deserto, sed etiam omnibus ab illis desideratis, eos ditavit; sceleratissimus hic populus, inquit Moyses, *incrassatus, impinguatus, dilatatus dereliquit Deum factorem suum*: (Deut. 32. 15.) & liberatorem: *feceruntque sibi vitulum ex auro*: (Exodi 31. 8) & adorando hoc idolum, atque illi sacrificando canebant: *Hi sunt Dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti*. (Exodi 32. 4.) Considerate, potestne excogitari major abominatio, & peccatum, taceo fieri?

Idololatriæ hebræorum.

Beneficia Dei in hebraicum populum & ingrat. eorum in Deum.

Digitized by Google

5 Et tamen post hæc omnia, audio S. Vatem Jer. eidem populo vaticinari, & dicere : *Olivam uberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocavit Dominus nomen tuum* . (Jer. 11. 16.) O venerabilem nomenclaturam! Et unde putatis ingratissimum, & iniquum hunc populum potuisse habere denominationem tam nobilem, & honoratam ; ubi potius debebat totus enecari veneno intoxicatus adeo enormium peccatorum? Hic N. sciendum est primo, quod totus hic populus, erat progenies laudatissimi, in Sac. Scripturis, Patriarchæ Abraham ; hic autem, teste Sacro textu veteris testamenti pluribi, in novo vero Apost. S. Paulo, *Susceperat promissiones* (Hebr. 11. 17.), quod ex sua progenie nasciturus sit Messias, seu JESUS. Nunc.

Unde Synagoga appellatur oliva?

Prius quam ostendam vobis, quali medicina prohibitum fuit, ut dictus populus, tam enormium peccatorum veneno intoxicatus, non totus perierit, sed potius nobilissima nomenclatura, olivæ speciosæ, & fructiferæ fuit condecoratus : oportet audiamus quoddam canticum Sponsæ sacræ scripturæ. Hæc, igne charitatis accensa, & Spiritu Sancto edocta, sic canit, alludendo ad cælest. suum Sponsum JESUM : *Oleum effusum nomen tuum* : *Trahe me post te in odorem unguentorum tuorum* : [Cant. 1. 2.] Quo ex cantu noscere est, SS. nomen, JESUS, esse oleum quoddam, & unguentum. Si igitur populus Israel, ut diximus, erat progenies Abrahæ, *qui acceperat promissiones*, hujus olei cælestis ; merito utique appellari debuit oliva speciosa, & fructifera ; quid enim producit oleum, nisi oliva ? Et oliva Speciosa bene est appellatus, cum esset fructificatura oleum tam nobile, & precioſum .

Nomen Jesu oleum, seu unguentum, cujus odor etiam impedit, ne venena noceant.

Modo facile est intelligere, quali medicina prohibitum fuit, ut populus Israeliticus, tanto veneno peccatorum intoxicatus, non fuerit totus enecatus : odore utique precioſissimi unguenti illius nominis, *quod vocatum est JESUS*. Odore, inquam, solo, quia unguentum nondum advenerat eis, neque adhuc fructificaverat oleum dictum ; sed erat in eis ejusdem unguenti odor dumtaxat, nempe, promissio fructificandi : Unde Sponsa Sacr. Script. & canebat, in figura eorum : *Trahe me.... in odorem unguentorum tuorum* . (Cant 1. 2.) q. d. recordare promissionis tuæ, & ne respicias enormitatem peccatorum nostrorum ; sed odorem unguenti nobilissimi, quod fructificandum est ex nobis. Cum igitur tanta sit virtus odoris, progrediamur quæso ultro, investigando, quanta esse debet in illoipso oleo, seu unguento, cum eo digne obligamur, & inungimur.

Scimus, testimonio S. Evangelii, Salvatorem nostrum dixisse de fidelibus in se credituris : *In nomine meo... linguis loquentur novis* ; *Serpentes tollent* ; *& si mortiferum quid biberint, non eis nocebit* (Mar. 16. 17.) quam promissionem corporaliter impletam esse in Apostolis, aliisque sanctis, innumeris vicibus, ex Sacr. Scripturis novimus ; quia multi, aut prædicando una lingua, a diversis nationibus sunt intellecti, aut diversarum nationum linguis difficillimis de repente locuti sunt. Alii inter serpentes, & scorpiones positi, innocui manserunt . Aliis venena mortifera potu data non nocuerunt : & hoc totum virtute olei Ss nominis JESU, quo digne, & debite, inungebantur, invocando id cum fiducia fideliter, & devote . Nunc quoque hæc non desunt, ubi, & quando opus est miraculorum ad fidei dilatationem . Quia tamen fides modo dilatata est per universum orbem, non est opus eam miraculis rigare ; sicuti nec nos rigamus plantas ultra ; nisi donec

nec convaluerint in terra, radicenturque: ideo præsentibus in temporibus, hæc rarius fiunt corporaliter: Dico corporaliter rarius fiunt, quia spiritualiter quotidie fieri, oculo fidei possumus, imo debemus aspicere: Et ecce ego ponam vobis hanc veritatem ob oculos fidei, ut non possitis eam non cernere.

Qualiter etiamnum spiritualiter in nomine Jesu serpentes, & venena nobis, non nocent?

Sicut lingua locutionis est in ore; ita lingua operationis est in consuetudine: nec est difficilius mutare linguam suam in alienam, quam consuetudinem malam in bonam. Quis autem est nostrum, qui adhuc a pueritia aliquam linguam malæ consuetudinis non didicit? Unus didicit maledicere, blasphemare, nomenque Dei in vanum sumere: Alter mentiri, & pejerare: Quidam murmurare, & inhonesta proferre: Quidam inebriari, & fornicari: & sic dicendum de aliis sceleribus. Utinam singuli aliquam harum linguarum non didicissemus, numquam ea fuissent locuta nostra opera! Ast cum non possimus negare nos talibus linguis sæpe fuisse locutos; quæro, quid tunc potabamus, nisi potentissima venena? quia peccato virus non datur potentius. Cum autem multoties vivimus, potato hoc veneno, per dies, & menses, num non tollimus in corde, & anima serpentes, imo dracones? Et tamen si digne, debiteque recurramus ad medicum animæ, ille nos utique statim, & facile curat, non alia medicina, nisi inunctione, & alligatura hujus Cœlestis olei: Tunc enim nos inungit, & alligat, cum, elevata manu super nos, dicit: *Dominus noster Jesus Christus te absolvat, & ego Auctoritate ipsius &c.* [Rit. Rom. in forma absolutionis:] Et statim simus sani, nec amplius nobis nocent serpentes, quos tulimus; nec mortifera venena, quæ potavimus. Itaque inter fideles quotidie cernimus, oculo fidei, impleri illam promissionem. *In nomine meo... Serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint non eis nocebit* [Mar. 16. 17. 18.].

Quid sit novis linguis loqui Spiritualiter?

Linguis etiam novis aliqui loquuntur, sed: (o miseros nos!) rarius hoc accidit; nam soli illi loquuntur linguis novis, qui esto didicerint aliquam linguam pessimæ consuetudinis, ut mox diximus, tamen audita increpatione concionatorum, vere pœnitentes, currunt ad confessarium. Hic autem inungit eos, & curat dicto oleo Ss. Nominis JESU, & alligat eorum vulnera, alligatura spiritualis admonitionis, commendans insuper, ut sæpe illi quoque unguntur hoc oleo, devote, & fiducialiter invocando in adjutorium suum, Ss. Nomen JESU. Quod illi observando, statim incipiunt loqui novis linguis: quia mutant linguam maledicam, & blasphemam; in benedicam: Mendacem, & pejerantem; in veracem: Inhonestam, in modestam: Murmurantem, in laudantem: Mutant consuetudinem inebriandi, in sobrietatem: Fornicandi, in abstinentiam, & castitatem: Verbo dicam: Mutant vitam malam, in bonam: Et hoc est quid excellentius, quam lingua aliena loqui: Hoc est loqui spiritualiter linguis novis. Et forte non inveniuntur veri pœnitentes in Christianismo, qui in nomine JESU hæc faciunt? certe plurimi: Itaque impletur & in hoc promissio Christi: *In nomine meo linguis loquentur novis.* Non nego, imo jam dixi, proh dolor! raro hæc inter nos cerni, non quia medicina Ss. nominis JESU, non est potentissima, sed quia illa digne, & debite non utimur miseri. Dicam ultra, Ss. nomen, *quod vocatum est JESUS*, non solum est medicina potentissima ad sanandas animas nostras, sed corpora quoque. Qua enim medicina innumeri infirmi a Dei servis curati sunt, & sæpe curantur, sive

Etiam loquimur linguis novis, sed rari?

Medicina etiam corporum est unguentum Ss. nominis Jesu.

per

Digitized by Google

per preces, sive per Amuleta, nisi illa eadem, qua curavit S. Petrus claudum ex utero matris, quando petenti eleemosynam dixit: *Argentum, & aurum, non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Domini nostri JESU Christi surge, & ambula*: [Act. 3. 6.] & statim sanus factus, surrexit, & gradiebatur. Numquam credatis N. ullum ministrum Ecclesiæ, & Dei, sanasse aliquem, aut sanare posse, sine inunctione hujus pretiosissimi unguenti, quia, *non est in alio aliquo salus*: inquit idem Apost. S. Petrus [Act. 4. 12.].

7 Non est tamen glorioſissimum nomen, JESUS, dumtaxat unguentum, seu oleum cœleste effusum nobis in hoc desertum, pro medicina contra venena; sed etiam est turris valde munita, forinsecus terra humanitatis equidem, ast intrinsecus lapide pretioso Divinitatis, qui nec destrui potest, nec rumpi, quibuscumque hostium armis: unde scriptum est in Sacr. pag. *Turris fortissima nomen Domini: ad ipsam currit justus, & exaltabitur* [Proverb. 18. 10.] defensus, & salvatus. Est pariter armatura valde instructa, & illustrata splendore Divinitatis ejusdem: Unde, & gloriatur Apost. scribens ad Corinth. *In carne cum ambulemus, non secundum carnem militamus: Nam: Arma militiæ nostræ, non carnalia sunt, sed potentia Deo*: Sed divinitate nominis JESU: *ad destructionem munitionum*, [2. Cor. 10. 3. 4.] quorumlibet hostium; & ad victoriæ complementum. Habemus igitur N. in glorioſissimo nomine JESU, & turrim fortissimam ad defendi ab hostibus: & arma instructissima, ac illustratissima, ad eosdem glorioſe vincendos; dummodo ad hanc turrim debite, & tempestive recurramus: hisque armis condigne utamur semper, juxta monitum ejusdem Apost. dicentis: *Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini JESU Christi, gratias agentes Deo Patri per ipsum*: [Coloss. 3. 17.] quasi dicat: invocate in omni operatione, & locutione nomen JESU in adjutorium: sed invocate laudando, gratiasque Deo Patri agendo, pro tanto dono, quod nobis donavit in hoc glorioſissimo nomine: Invocate id cum amore, sed in timore filiali: cum fiducia, sed in modestia debita, & reverentia: taliter enim invocantibus idem nomen fuit semper turris, & arma fortissima, ad debellandos hostes visibiles, & invisibiles: Et hoc, non solum postquam venit, & natus est in hoc mundo Filius Dei: nec enim ipsi impositum est nomen primo, quando fuit natus in terra, sed solum vocari cœpit: cœterum ille fuit JESUS, seu Salvator angelorum in cœlis adhuc a mundi exordio: Et, quidquid victoriarum, & virtutum factum est a mundi constitutione, sive in cœlo ab angelis bonis, sive in terra a Ss. Patriarchis, & Prophetis, totum factum est armis Ss. nominis JESU, quem expectabant credentes venturum. Auscultate, quæso, hanc veritatem, ut clarius cognoscatis turris hujus fortitudinem, armaturæque hujus excellentiam. Et primo ascendamus, passu considerationis nostræ in cœlum.

Nomen Jesu invocandum cum debita reverentia.

8 Testimonio sacr. script. & præsertim Apocalypsis S. Joannis, scimus, quod in mundi exordio, statim ac Angeli fuere creati: *Factum est prælium magnum in Cœlo*: [Apocalyp. 12. 7.] quia proposuerat Deus increatam sapientiam suam, seu Christum, quam, ut inquit Apost. *prædestinavit ante sæcula in gloriam nostram*, incarnatum iri, ut eam adorent in eadem humanitate: Draco, seu Lucifer cum multis noluit, Michael cum aliis voluit, itaque committitur bellum, non

Virtute nominis Jesu Draco pulsus e Cœlo.

Digitized by Google

non tamen diu duravit, quia ſtatim: *projectus eſt Draco ille magnus* [Ibidem ver. 9.] de cœlo. Sed
ſtu? doiſtochie davati ugodan miris, tojeſt, dilla oná, ú koimſe vazda dájæ, *Deo honor & gloria*, Bogu slava i poshtenje. Imate dakle N. tamgnan, za prikazati ditichiu Betlensk. s'Kragli iſtoçnim. Etovam tamgnian, sarce vashe; almuga çiſta prikaxite, í uxgana gliubavju gnegovom svarhu svake ſtvari: zashto ako budæ takó, brez svakæ sumgle davache miris slavæ i posht. gnegova, u svakomu vashem dillovanju. Takimu tamgnan prikazujú oni, koiga slavæ i poshtujú svagdi, al oſlobito ovdí ú Czarqvi, kako ú kuchi gnegovoj, i prid gnegovim obrazom, gdi najveche poshtenje od nas iziskujæ: koiga, reko, ovdi poshtujú, ſtojechi saſtrahom ſinovskim, i poſtidnoſtju: klagniajumuſe s'dubokim ponixenſtvom, i prighnutjem: proslavgliajuchiga s'vruchim mollitvam, i zaſtaglivanjem na darovie. Takoger, koiga svagdi poshtuju jezikom, neuzimajuchi imena gnegova ú iſpraznoſt nikada, nego samo za koriſt nashu i spaſenje, á za gnegovu slavu i diiku: Proslavgliajuga ú svakom dillu, ponizno zaziváiuchi; zashto, po nagovaranju s. Pau. sve shto çinæ, ú ríiçi il dillu, çinæ, *In nomine D. N. J. C. gratias agentes Deo Patri per ipſum*, ú ime Goſ. Nash. Iſuk. faale çinechi Bogu Oczu po gnemu. I da reçemo ú mallo riicí, onímu taki ugodan tamgnan prikazujú, koi provodæ xivot, koiſe priſtoíuçenika gnegova, xivot çiſt od gnegova uvrigenja; i razliçan od onie naaródá, koiga nepoznáju: xivot koi na zemgli onu iſtu piſmu pjeva dillima, koju, kako svidoçi s. Iv. na nebeſie svetí brez pritſtanka pjevaju gláſom, govorechi: *Doſtojan jeſt Jagagnjac koije umoren, primiti kripoſt, i poshtenje, i slavu, i blagoſivglianje*. Takoje N. doſtojanje doiſto Iagagnac, iliti Ditteshce Betlemsko, primiti *slavu, poshtenje, i blagoſivglianje*: zashtobo za nas *occiſus eſt*, jeſt umoren: & *lavit nos in ſanguine ſuo*, i oppraonaſje ú karvi svojoi. Al evo xaloſti! euo sramotæ! ú mlogim vididiti vas xivot ſuprotivan: Imabo ú puuku karſtjanskomu, koi, premda poznájuga virrom iznutargnjom, i viruju od gnegasve shto rekoſmo; sasvim tizim, kako svidoçi Apoſ. *factis negant*, dillimga zdvora zatajujú; zashto tollikoſe mallo brinú datimu poshtenje i slavu dillima zdvoragnim, kolliko smagnim ſtrahom, i poshtenjem stoje ù Czarqui prid obrazom gnegovim, negolibi ſtajali daje ondi koi goſpodin zemaglski: tolliko çeſto pogargiuju priſv. ime gnegovo, *koe jeſt svarhu svakoga imena*, kollikoſe neſtidæ çeſto ú iſpraznoſt, i ú maskara imenovatiga; pace i u sarębi proklinajuchi svoje iskargnæ. A shtochemo rechi od oní, koi ú laax zazívajuga na svidoçanſtvo, gnímſe kunuchi! Ovvolie tamgnian od poshtenja, slavæ, i blagoſivglianja prikazívati Ditteshcu Betlenskomu? A shtochemo vishe, vidiſe ú mloghima xivot tolliko mallo miriſechi poshtenjem i slavom Boxiom; kolliko razloxno mogu rechi s'bogoxglivim Salvianom: *in nobis Chriſtus patitur opprobria*; da Iſus megiunama tarpi pogarde: bash kako da neima doſtojanſtva nikakova, zashtobiſe imao od nas slavit, i poshtovati. Imamſe uzdati nishta nemagne da takie sablázni od karſtjanſtva megiuvama neima: nego dache svi odſellá oví tamgnan poshtenja, i slavæ Ditteshcu Betlemskom prikazivati.

Karſtiani mloghi dillitaje, daje Iſuk. Boog.

75

Buduchi pák da iſtom virrom, kojom

Dilli KaKo-se ispovida Isus daje Kraagl od Kraglia?

kojom virujemo daje on Boog, virujemo takoger, daje çovik, ne isto kakavgod, nego bash gláva od sviu gliudí najvishi gos. i Kragl od Kraaglia, odkud za poznatiga, i ispoviditi po dillí zdvoragni za takoga, imamuse prikazati, s'Kragli od istoka, zlato. Viddimo dakle imamoli ovo zlato? On slavechise po usta Dauidovie ú kraglevini datoj sebi od Oca, govorí: *Conſtitutus ſum Rex... prædicans præceptum ejus.* Stavglensam, veli, Kragl, pripovidajuuchí zapovidi gnegove: kako da reçé, ghlava, i Kraglsam stavglen svarhu s. Siona, illiti Czarque kathol. da zapovídi Oca moga, koesu iste i moje zajedno, pripovidam, nekase obluxuju. Evo N. blago, koese ima prikazivati za araaç Dittichiu Betlems. The doisto blago izvarsnie od zlata svakoga: zashto Duh s. po okrug. Pror. govorechi od oviziu zappovicí, veli, *deſiderabilia ſuper aurum & lapidem preciaſum*, dasu xeglnie od zlata, i od svakega kamenja dragoga. The jeda mi neimamo ovoga zlata? Akoste koi tolliko siromashni tega neimate, evovas zazívá Isaia Pror. Odite, veli, kúpite brez srebra, i brez svake prominæ: nekupujese ovo zlato zapineze, nego samom pomgliom dobívase, nauçivshi zapovidi Boxie, á sponiznimse posluom ispugnaju, i obsluxuju: i ovoje prikazivati, Dittichiu Boxanstvenomu, araaç zlata, koi on iziskujæ: ovoje dillima virru prosvitglivati, i ispovidati, daje on Krágl kogaje dostojno slushati: *Chriſtiani propter hoc vocamur, & ſumus, ut Chriſto pareamus*: karstiani zatose zovémo, i jesmo, da Isukarsta slushámo, veli s. Iv. zlatousti. Odkud ako skoçí Djavao davam kragluje, zapovidajuchi, holost, lakomost, sarçbu, i nenavidost: illi sviet, zapovidajuchi svoja poxeglenja, i raskoshja: illi tielo, zapovidajuchi smardgliva svoja naslagenja; svakivas imahim slobodno, i junaçki odgovoriti; al odgovoriti djellima N. djelima: eh neslusam zapovidí vashí, nedam vama araça od posluha, ne poznajem vas za gospodara moga, ni za Kráglia: jerbo, kako govorashe s. Abbat. Bernardo: *non habeo alium Regem, niſi D. Jeſum*: neimam né, drugoga Kraglia, izvan Gospodina Isusa, porogenoga ú shtallici Betlemskoj, gnega sama, s'mudraci istoçním, za Kraglia poznajem, gnemu samu zlato odposluha, i obsluxenja zapoviedi svoie prikazujem za araaç. Jase uzdam da vi N. takoçinite: Ali shtobismo rekli od oniziu, koi, gdi Isus zapovidá poiznost, i kreççinu; onisu puni holosti, i sarçbæ: gdi zapovida millosardje svarhu siromáshi, i sirootah; onisu nemillosardní, i lakomi: gdi priporuçuje siromashtvo, i çistochiu, onisu puni poxeglenja od raskoshja svitovgnega, i putenog naslagenja: Ah! nemogu drugo rechi od takie, nego, da, kako çiffuti odbacíjvahu ricma Isusa, i nektiahuga za Kraglia, onako taki karstjani dillima vapiu s'istim çiffuti: *non habemus Regem niſi Cæſarem*: neimaeno Kraglia nego Cæsara: tkoe ti Kragl Isus? nezamoga, nego poznajemo Cæsara, tojest, ovi svit, i tielo nashe, ovizimchemo goditi ú raskosju, i naslagenju vrimenitomu, ovechemo slushati. Jeda mislite da neima takie, megiu karstiani, koi premda viruju ú sarcu, i upameti, daje on Kragl od Krágliah, sasvimtizim dillimu tako odgovaiajuh: Bogbi dao daji neimá: al neka dobro promislæ, shto çinæ, jeli toh prauo?

Mloghi ſ bacaiu Isu imaſt za Kraglia.

Mi megiuto, Buduchi danas vir-

virta uçí, kako viddiſmo, da ovi dittichak, neſamoje Boog, i Kragl nash; nego joshter daſæ doſtojao biti çovik umarli mukama podloxan, komu, kako umarlomu, imaſe prikazivati miriſava pomaſt: oddimo u napridak vidditi, imamoli pomaſti ovæ, kojombi iſpovidili ú djelie, daje bio çovik umarlí, i daje muku za nas tarpio? Mi znademo da shtogodi imamo zlie prighnùtjah, poxeglenjá, i napaſtih iznutargnie, sve imamo od tiela; zashto, *Caro concupiſcit adverſus ſpiritum*: tielo xelí ſuprot duhu, veli Apoſ. Dakle za zauzdati gnegova poxeglenja i ſillu, xeſtinom od morenja, i pokórah imaſe pittomiti: Evovam N. pomaſt miriſava, kojomchete iſpoviditi ú dilli, daje Iſuk. bio çovik umarli, i daje podnio muku za vas; i tako proſvitlati virru vashu. Poglavar od Apoſ. s. Petar pishæ: *Iſukarſtje*, velí, *muçen zanas, vama oſtavljajuchi priliku da naslidujete ſtope gnegove:* podnoſechi, ne ſamo potribe i nevoglie vrimenitæ dragovoglno, nego joshter morechi pokorama tilo vashe povoglno ottiuchi, i xegle gnegove zabragnjuchimu, á nigda nepushchiajuchimu úzdæ: zashto; *per myrrham carnis noſtræ mortificatio figuratur*, po miriſavoj pomaſti putti nashæ pokorenje, i pedipſanje prilikujeſe, velí s. Garg. Papa. I zaruçnica Nebeska iz prilike s. Czarque, slaviſe pivajuchi, *Manus meæ ſtillaverunt myrrham*: Ruke moje cidileſu pomaſt miriſavu: kako ottiuchi rechi: kako odichia, kadſe opere, pák zaxmæ, voddu ciedí, tako ruke moje, illiti pravovirní moi ſinovi, priximajuchi morenjem tileſa svoja, ciediliſu draghi mirís od pokkórah. Moreſe doiſto tako slaviti S. M. Czarqua S. Ocem nashim Franc. Petrom od Alcantare, Dominikom, Aguſtinom, Ignatiom, Mariom Mandalinom, i neizbroenim drughim pokornici. Ali moreliſe tako svima nama slaviti, shto govorite? Ah! ovdiſe opet boim daſe imam zaſtiditi: Boimboſe da imá ú puuku karſtjanskomu, koi tako xiivú kakodaim xivot nie na drugu svarhu dát; nego da ugodæ tilleſlini: odkud svaku gnegovu poxudu, svako poxeglenje uſilujuſe iſpunití, iſtorako mogú; nektiuchi niçati uzdarxanja i zabragnenja, od vooglia svoie xivinskí, i polepglenjah: á od pokoræ govorechi, na imeimſe toh garſtí, ákamoli daju povoglno zagargliaju: kako da nieſu 1000. púta çuli, daſe nijedan sveti nie posvetio, paçe nijedanſe çovik saranit nemore, nezauzdajuchi poxuda tiela svoga: Dabí ja znao da ima koi ovdi od reçenie; rekaobimu; Toliſi nauçio ú skulli Iſuſ. i s. Majke Czarquæ? Tolitæ nauçio Dittich Betlemski, porodivshiſe ú shtalli, lexechi ú jasla, plaçuchi odzímæ, tarpechi muku, i viſechi nakríſu? Tolíe slidditi ſtope svoga Kraglia, i Meshtra? Ah nedoſtojní imena karſtjanskoga!

A' vi pogl. Bratjo, koi takie pogardah dragom Meshtru, priuzvishenom Kragliu, Ditteſcu Betlemskomu neçinite, uſſilujteſe odſellá josh pomglivie, virujuchi daje on Boog právi, Kragl Krágliah, i çovik umarli, virru vashu prosvitglivati dillima, i buduchivam ukazao, da imadete zlato, tamgnian, i pomaſt miriſavu, iſpovidajtega ú dillí, prikazujuchimu, s' recenim Kragli iſtoçnim, ove darove na zemgli, da mochi budete, posli smarti, kraglevati shgnime zajedno na Nebeſi. Amen.

ich Bet-Ki, Ka- : ima iſ- dati da- çovik tli?

TESTI-

Digitized by Google

TESTIMONIUM IV.

DE

PASSIONE DOMINI PRIMUM.

Hiſtoria Chriſti patientis, & Mariæ Matris ejus compatientis: Moralitatibus ſubinde referta.

Et bajulans ſibi crucem exivit in eum, qui dicitur Calvariæ locum: Ubi crucifixerunt eum.. Stabat autem, juxta crucem JESU, Mater ejus. Jo. 19.

77 HOrrendum prodigium, prodigioſus horror! Luctuoſum ſpectaculum, contemplamen doloroſum! Triſtis tragœdia, & facinus crudeliſſimum: dignum equidem maxima compaſſione, planctu amariſſimo, ſanguineiſque lacrymis collugeri, præſentatur mihi hodie annuncianda vobis, Fratres dilectiſſimi. Oculo quippe fidei, in ſplendoribus ſacroſancti Evangelii, intueor filium in cruce, & quidem filium unicum: Intueor Matrem ſub cruce, & quidem Matrem viro orbatam. Illi ſanguinei torrentes per crucem ex plagis deſcendunt: huic lacrymoſi fontes per genas ex oculis ſcaturiunt. Ah quomodo impalluit roſa myſtica Maria, & flacceſcit, dum aſpicit dulcem natum, qui pendens in cruce areſcit! An ſit major pœna hujus in cruce, vel ſub cruce afflictio illius? arbitrari ſum impar: unum dixerim: quod immenſa noſtro intellectu, linguaque indicibilis ſit utraque. Enim vero omnes ſcimus, quod peccata totius mundi immenſa ſint, atque indicibilia; & tamen Dominus Deus, Jeſu æternus Pater, *poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum*, teſte Vate 6. Iſaia; eamque voluit in ipſo caſtigare, ut fieret, *copioſa apud eum redemptio*: Unde idem s. Vates & ſequitur: *Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra*: (Iſ. 53. 6.) Novimus pariter magnitudinem maris eſſe immenſam, itaque noverimus immenſos eſſe etiam dolores Mariæ, ſi credimus teſtimonio, myſtice uſurpato, s. Jerem. dicentis: *Magna eſt velut mare contritio tua*: [Thren. 2. 12.].

Dolor ſui, & via inattingibles.

Quanta igitur cum ratione uterque clamat, per os ejuſdem prophetæ! *O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus?* [Thren. 1. 12.] Venite, clamat Jeſus de cruce, *attendite, & videte*, an ſit pœna in mundo talis, qualis eſt

pœna

Digitized by Google

pœna mea in cruce ? Venite, clamat Maria de sub cruce, *attendite, & videte*, sicubi est afflictio, ut est afflictio mea sub cruce ? Ah ! video dulcis Jesu, video oculo fidei, quod non sit, nec esse possit talis pœna, nisi in inferno dumtaxat. Nunc adverto impletum esse id, quod per coronatum Vatem olim dixisti: *dolores inferni circumdederunt me*. [Psal. 17. 6.] Adverto pariter, o Maria Mater Jesu, adverto perfecte, & cum Jerem. fateor, magnam esse, *velut mare*, contritionem tuam, & amaritudinem. Quem tamen, o dulcis Jesu, de cruce; quemve, o Maria dolorosissima, de sub cruce, quem invitatis, inquam, ut contempletur dolores vestros, vobisque compatiatur? Si invitatis cuncta creata, præter hominem peccatorem, pro quo patimini; cuncta ecce sunt parata, & obsequiosa. Illico enim, ut Jesum audiverint, voce magna in cruce clamantem, cuncta dabunt compassionis signa, quæis confitebuntur Creatorem esse suum, qui in cruce patitur; & Reginam universi, Matrem ejus, quæ sub cruce tristatur. Dabunt, inquam, signa, tali lamenia, quali quæque norunt, possunt, & sciunt. Angeli quidem planctu, Sol obscuratione: cœlum tenebris, terra motu horrendo: lapides, sicut templum quoque Salomonis, scissione: aperitione sepulchra, mortui plerique resurrectione. Pavore dæmones, bestiæ cunctæ tremore. Solus homo criminosus, o Jesu, pro quo expiras in cruce; solus peccator induratus, o Maria, ob quem suspiras, sub cruce, ille solus lapidibus est durior, bestiisque ingratior, & irrationabilior. Imo ferocior leonibus, atque crudelior: quia non solum plorat minime, neque suspirat; peccatorum pœnitet minime, neque conteritur; sed stridet, imo, & fremit fore, ut deinceps, vel maxime, & illi in cruce vulnera refricet, & sub cruce huic augeat afflictionem, sceleribus suis, & peccatis. Oh dura corda, & crudelia !

nnis creatura Christo Mariæ mpatiatur, mpto homine pecc.

Ad vos ergo me converto, o animæ contritæ, sponsæ Jesu, vos saltem invito, ut comitemini dilectissimum sponsum usque ad montem calvariæ, loturæ lacrymis, ejus vulnera, afflictamque Matrem illius consolaturæ. Cum tamen non cognoscam hic quænam sint hæ, quive peccatores in malitia obstinati, cunctos simul invito, cum propheta S. Isaia: *Venite ascendamus ad montem Domini*: (2. 3.) ad montem, nempe Calvariæ: ibi enim distinguemini invicem gemitu, quia, *omnis populus ejus gemens*, inquit Vates S. Jerem. [Thren. 1. 11.] q. d. omnis anima contrita, oviçula gregis ejus, & verus fidelis de populo illius, non erubescet lacrymas fundere; &, cum Maria Matre ejus, vocem solvere in planctum. Porro siqui tam indurati constiteritis, quam lacrymari, vocemque in amarissimum planctum solvere erubueritis, palam dabitis mihi signum, non esse vos animas contritas, Jesu sponsas; non esse oviculas gregis sui, minusque veros de populo suo fideles: non enim minor, quinimo major, ratio est mihi hodie, quam quondam Moysi ad populum Israel, dicere: *Omnis anima, quæ afflicta non fuerit in die hac, peribit de populis suis*. [Levit. 23. 29.] Eamus igitur, quæso, omnes, pede considerationis, ad urbem Jerusalem, comitaturi Jesum, & Mariam usque ad Calvariam, ibique conspicitote vos, oculo fidei, donec ego, digito linguæ, vobis ostendam

78

Invitantur omnes fideles ad Calv. ibi distinguendi, & recognoscendi qui contriti, quive obstinati.

Digitized by Google

dam, aliquam saltem particulam, & passionis illius, & hujus compassionis.

At quomodo? expectate pauliſper! Ecce nos pergimus ad hoc iter, non tamen viatico proviſi! Intereſt noſtra N. provideri de viatico, ſpiritualis conſortationis & adjutorij, ne deficiamus in via. Verumtamen docete me, quæſo, nunc vel maxime indigeo, a quo ſumus poſtulaturi? ad quem recurſuri, ut viaticum, ſpiritualis conſortationis, & auxilii efflagitemus? Quocumque enim me verto, offendo impedimenta: Si me verto ad ſummum Patrem cœleſtem, tantum video offenſum ſceleribus hominum, quantum pœnitet ſe hominem feciſſe; & audio formidabili voce tonantem: *delebo hominem, quem creavi a facie terræ:* [Gen. 6. 4.] quia nec vita dignos, quanto minus auxilio, judicat nos peccatores! Ad matrem miſericordiæ, Mariam, recurrendi nunc tempus non eſt; nam & ipſa indiget conſolatore, quem non nanciſcitur: Auſcultate, quæſo, S. Jerem. *Plorans*, inquit ille, *ploravit in nocte... & non eſt, qui conſoletur eam, ex omnibus charis ejus*. (Thren. 1. 2.) Cogitabam recurrendi ad cæleſtes Spiritus, amicos cæteroquin, & cuſtodes noſtros, ſed audio fore, ut illi quoque plangant, cum cruciari conſpexerint ſuum Dominum: ita enim teſtatur Vates. Iſaias: *Angeli pacis amare flebunt*. (33. 7.) Porro Apoſtoli, nec ubinam deliteſcant, novi: quia teſte S. Marco: *fugerunt omnes*; [14. 50.] quid faciam itaque docete me N. quo me vertam?

79 Ecce tamen, oh nos beatos! ecce, *Vexilla regis prodeunt fulget crucis myſterium*. Ecce lectus benedictus, in quo *vita mortem pertulit*, corporalem, & *morte vitam protulit*, nobis ſpiritualem. [in hym. paſſ.] Ad te ergo nos vertimus, o exaltatiſſimum lignum, & ſanctiſſimum: Tu es porta paradiſi, tu cæleſtium lætitia civium: Tu es conſortamen debilium, tu laſſorum refrigerium: Tu denique ſpes unica omnium fidelium. A te igitur, pro hocce itinere, ſuppliciter poſtulamus viaticum, ſpiritualis conſortationis, & auxilii: clamando ad te, una cum Beato Bern. Senenſi: *Crux eſto refugium noſtrum & virtus; illumina mentes noſtras ſplendoribus tuis*; ut hi fideles recognoſcant, & peccatorum ſuorum gravitatem, & pœnarum Chriſti acerbitatem, & amaritudinem dolorum Matris ejus Mariæ: *Inflamma cor noſtrum ardoribus tuis*, ut cuncti, una cum eadem Matre Jeſu, copioſas fundentes lacrymas, plangamus fructuoſe. *Robora vires noſtras virtutibus tuis*, [Jer. 6. in paraſc. Ser. 56.] in hoc ſacro itinere, ut nec hi auditores mei, me ſequendo, deficiant in attentione ſilentii; nec ego præeundo illis, in utili ſermone. Hoc te cordintime rogamus, hoc poſtulamus a te inſtantiſſime: pro hocce te adoramus humiliter, & peramanter ſalutamus, dicendo. Ave crux ſanctiſſima. Ave cubile mortis, noſtri Salvatoris: doloribus plena, Dominus crucifixus erit tecum: benedicta tu inter omnia ligna ſylvarum, & camporum; & benedictus fructus, qui pendebit hodie in te, Jeſus: O crux ſancta, o ſacrum cubile, eſto nobis auxilio nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.

Hic proſtatur crux & crucifixus contra incicionatorem

Tu porta opportune crux invocatur.

PARS PRIMA.

JAM diximus diſcerni non poſſe, majorne fuerit filii pœna in cruce, an Matris ſub cruce dolo- 80

Digitized by Google

dolores ? Unum dumtaxat proceerto asserui; iterumque assero, illam, nempe, & hos intellectu nostro, fuisse immensos : & quidem tam immensos, quam illos, nulla paraphrasi, non dico tantum mea, sed nec Apostolorum lingua, sive calami doctorum omnium, aut etiam altissima Angelorum sapientia possit exprimere ; quo circa humana mens eos naturaliter attingere non valet, minusque narranti credere, nisi partem aliquam, supernaturali lumine fidei illustrata percipiat. Ut autem lumen hoc fidei, pro posse, accendam in oculis vestris, tria vobis proponam observanda, quæ multiplicabant dolores Matris sub cruce; & totidem similiter, quæ aggravabant pœnas filii in cruce. Quo ad matrem : Primum, quod aggravabat ejus dolores, erat intensissimus amor ejus in filium, qui quidem tantus fuit, quantus, si colligerentur amores omnium Matrum ab origine mundi in unam fascem, superaret cunctos. Novimus autem dilectissimi, quod quo major est erga filium amor, eo major & dolor esse soleat propter pœnas, & mortem ipsius. Secundum, fuit prolixitas dolorum ejus & tristitiæ : a quo enim B. V. audivit, adhuc die 40. sui partus, a sene Simeone annuntiari sibi, & filii passionem, & dolores sui, illis verbis : *tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit* : [Lucæ 2. 35.] numquam non recordabatur hujus prophetiæ, imo mœrebat semper, & tristabatur, quamquam sub cruce maxime. Tertium est : quia, esto B. V. omnes pœnas dilectissimi sui filii, non fuerit intuita oculis corporeis, non enim erat præsens in horto, in Domo Annæ, Caiphæ, & alibi ; tamen in illuminatione supernaturali, cuncta aspexit intellectu, ac si ibi fuisset præsens. Quinimo, ut revelavit devotæ servæ suæ ab Agreda ; illo, sanguinem sudante in horto, illa quoque in domo cœnæ sudavit sanguinem, & ictus ac verba, quæ filius accipiebat, illa quoque in eadem parte Virginei corporis sui sentiebat, ac si fuisset percussa, utpote cooperatrix redemptionis generis humani [tom. 1. p. 2. numer. 120. & alibi].

dolores Virg. & filii pass. aggravantia fuerunt tria, & quæ?

Trium vero, quæ aggravabant pœnas filii ejus Jesu ; Primum erat teneritudo, & sensitivitas corporis illius sacratissimi. Volens enim cœlestis Pater, in humanitate filii sui, condigne punire offensas, & scelera totius generis humani : ordinavit fieri, opera Spiritus Sancti, in utero purissimæ Virginis Matris, corpus ejus tam nobile, & tenerum, quam nemo Regum mundi, ac Imperatorum habuit umquam, aut possit habere. Nemo autem ignorat, quod, quo corpus aliquod nobilius, eo sit & sensibilius : unde fiebat, ut Christus D. magis ictus sentiebat, majoresque habebat dolores in calcaneo, quam nostrum quispiam in oculi pupilla haberet. Secundum est : quia Divinitas, quæ cum humanitate conjuncta fuit in Christo, in unitate personæ, non modo non alleviabat pœnas ejus : (ut docent perperam quidam hæretici) : quinimmo aggravabat ; quia non solum orbatam auxilio permisit humanitatem in propria infirmitate ; sed insuper conservabat vitam, ut diutius patiatur, alias forte adhuc in horto, aut sub flagellis ad columnam expirasset : Conservabat pariter sensus, ne deliquio mersus pœnam non sentiat, sicuti solent homines, in gravissimis pœnis : itaque ipse semper, a Divinitate fuit

81

Pœnas Christi aggravantia fuerunt tria ?

Digitized by Google

conservatus sibi præsens, ut totam acerbitatem sentiat pœnarum, quatenus per copiosissimas pœnas fiat, *copiosa apud eum redemptio* [Psal. 127. 7.]. Tertium; fuit prolixitas pariter & ejus pœnarum; non enim putetis, dilectissimi, illa nocte, qua captus fuit in horto, pœnas ejus incepisse; tota enim vita illius aliud non fuit, nisi passio continuata; ita testatur ipsemet per os David, dicens: *dolor meus in conspectu meo semper*. [Psal. 37. 18.] Unde non legitur in Evangelio umquam Christus rixisse, bene vero planxisse sæpius, & fuisse contristatum, uti per eumdem Vatem prænuntiavit, dicens: *tota die contristatus ingrediebar* [ibidem ℣. 7.]. Et alibi: *defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus* (Psal. 30. 12.). Tota igitur vita nostri Salvatoris, fuit N. una continuata pœna. Nihilominus, *cum dilexisset suos*, inquit S. Joannes, *qui erant in mundo, in finem dilexit eos* [Joan. 13. 1.]: idcirco esto semper pœnas pro illis toleraverit, in fine tamen tolerare voluit maximas.

82 Appropinquante igitur tempore omnium mirabilium mirabilissimo, cœlo: omnium terribilium terribilissimo, inferno: & omnium felicium felicissimo, nobis peccatoribus. In quo vita nostra unigenitus Dei filius, & filius Mariæ Virginis, Jesus, tradendus erat ad mortem, ut morte sua corporali, spiritualem nobis vitam restituat; atque incœptum perficiat mirabilissimum opus redemptionis. Ecce die Jovis, ante illam veneris, in qua pendens in cruce expiravit, inveniebatur in Bethania, cum suis Apostolis, & dilectissima Matre: [erat autem in populo Israel hic dies solemnissimus, in quo consueverant manducare Agnum Paschalem]: voluit itaque & Jesus cum discipulis, eadem die, juxta legem illam, manducare agnum Jerosolymis in Cœna, quæ erat ultima, quam facturus erat cum eis in hoc mundo, in corpore mortali: ideo & finem in illa, daturus erat legi veteri, novæque initium. Attamen, *discessurus Dominus*, inquit Seraph. Doct. S. Bonaventura, *apud Bethaniam Deiparæ valedicit* [apud pauleti hic]. Unde vocavit illam seorsum, ut eadem revelavit devotæ servæ suæ, B. Mariæ ab Agreda. [tom. 3. p. 2. l. 6. c. 9.] Quæ ad eum ingressa, prostrata adoravit illum, utpote sui creatorem, dicens: *loquere Domine, audit ancilla tua* [Agreda l. c.]. Levavit illam filius statim, & ita alloqui cœpit. Vale, o Maria, cum licentia tua mihi est eundum jam a te. Heu, fili mi! exclamavit pia Mater, & interrumpens ejus sermonem, prosequi eum non sivit; sed illa lacrymans, & tremens tota, tristis, & suspirans! heu fili dulcissime, inquit, quid hoc audio? Tu non consueveristi, hactenus, Mariam me nominare, sed Matrem! in quo tibi displicui? Nonne te in ulnis sustentans lactavi, in pueritia sedulo custodivi, in juventute fideliter servivi: in quo ergo nunc offendi te, ut me nolis Matrem, ut prius nominare, sed Mariam? o amaram materni nominis commutationem!

Texerius valedicit Jesu, & Mariæ.

Liquefiebat ad Materna hæc lamenta, cor filii, & præ filiali teneritudine, lacrymabatur: tamen vi quasi, retento gemitu illi respondit. In nullo, chara Mater, me offendisti, imo prælaudata cuncta, ex integro perfecisti; novi ego, & confiteor, quod me cum intenso amore proprio lacte cibaveris; sedulo in pueritia servaveris; cum gravi labore fu-

Tenerius Christus patientis Matri.

Digitized by Google

fugiens in Ægyptum portaveris, semperque in juventute fideliter mihi serviveris; nihilominus declinabam te nominare Matrem, ne dulcissimo hoc Materno nomine majorem tibi inferam afflictionem: amara autem nuntiare tibi debeo, quod nempe, separemus invicem; Ego vado dilectissima Mater, nec amplius revertar tibi in hoc corpore mortali: amodo non sum mansurus hic apud te, neque tu frueris meo aspectu in hoc mundo; amissura es consolationem tuam, dulcedinem tuam, dilectissimum filium tuum Jesum: Quia venit, a Patre meo cœlesti, tempus decretum, in quo per acerbissimam passionem meam, & mortem turpissimam mundus est mihi redimendus, peccatorumque scelera sanguine meo luenda: Et hæc omnia eras consumabuntur. Adverto fore, dulcissima Mater, ut & cras me videas; sed tanta rabies erit, & furor me trahentium, quatenus non admittet, ut valedicam tibi, & efflagitem a te benedictionem, ac licentiam. Tu autem scis, o Mater, me de cœlo non venisse in tuum uterum, nisi consensu tuo habito, & licentia per illud verbum *fiat* (Lucæ 1. 38.). Cogit me igitur Materna tua obligatio, & reverentia mea filialis, ut nec discedam ex hoc Mundo, nisi tua licentia habita, & benedictione. Condona igitur mihi, Mater amantissima, condona, inquam mihi lac, labores & servitutem: &, ut vadam, præbe licentiam, quia, *tempus meum breve est*. [Matth. 26. 18.].

Ah! væ mihi, exclamavit pia Mater: o inamænam annunciationem, quæ, *replevit me amaritudinibus*, uti olim pro me dixit Vates s. Jerem. (Thren. 3. 15.), & *inebriavit me absinthio*. Ah, *fili mi, quis mihi det ut pro te moriar*? quam dulcis mors mihi esset! Tu dilectissime fili, es vita mea, quomodo ergo vivam cum mortua fuerit, vita mea? Sed cum ita sit voluntas tua, tuique æterni Patris, *fiat*, ita. Vade fili, pupilla, & lumen oculorum meorum, & ego manebo in tenebris. Vade dulcedo mea, ego vero residuos, *recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ* [Isai. 28. 15.]. Vade fili, sit benedictum lac, labores, & servitus mea, tibi omnia millies condono; recordare tamen Matris, & benedic mihi. Itaque valedicendo, & benedicendo invicem, separati sunt cum amaritudine & lacrymis. Remansit Mater dolorosissima non cessando fundere torrentes lacrymarum ex oculis, ut adimpleretur prophetia Jeremiæ: *defecerunt præ lacrymis oculi mei* (Thren. 2. 11.). Jesus autem perrexit Jerosolymas cum discipulis, quos per viam docebat mysteria, quæ tempore cœnæ, & passionis suæ, erat operaturus. Cum autem appropinquassent Jerosolymis, misit duos præire præparaturos cœnam, & Agnum.

Teneritudo Virg. deplorantis suam desolationē.

Tempore igitur cœnæ, cum perveniissent, cunctaque parata fuissent nacti, sederunt ad mensam, tunc ait Jesus: *desiderio desideravi hoc pascha vobiscum manducare antequam patiar* [Lucæ 22. 15.]. O fons amoris, Jesu dulcissime! numquid non quotidie comedebas cum discipulis tuis? quale igitur desiderium hoc nunc speciale, ut illud duplices ad exprimendum, dicendo: *desiderio desideravi*? Respondet ad hoc dilectissimus ejus discipulus Joan. *Quia cum dilexisset suos in finem dilexit eos*. q. d. Quamquam Jesus semper dilexerit discipulos suos: [& in illis fideles cunctos:]

83

Christus optat ultimam cœnam, ut infiniti sui amoris nobis signum relinquat.

ta-

Digitized by Google

tamen ſpeciale ſignum, Divini ſui amoris, in fine illis voluit relinquere. Juxta conſuetudinem amicorum, qui in ſeparando, pro amoris memoria, invicem donant aliquid. Ille tamen aliter, ac mundani faciunt, non enim reliquit nobis aliquam rem a ſe diſtinctam, & defectibilem; ſed ſemetipſum vivum, & æviternum, in Sacram. Sanctiſs. corporis ſui, & Sanguinis pretioſiſſimi. Poſtquam enim, inter cœnandum, multam doctrinam, & admonitiones amoris, aliarumque virtutum illis infudiſſet, atque poſt cœnam dediſſet humilitatis exemplum: quia cum mira humilitate dignatus eſt, coram unoquoque eorum genuflectere, & lavare pedes ſingulis, etiam ipſi traditori Judæ: poſtmodum lotis manibus ſedit iterum ad menſam, & juſſit adferri panem & vinum, pro conſecratione parata: cumque panem in corpus, & vinum in ſanguinem converti ſſet, finem dedit veteri, & novæ initium legi.

Inſtituitur Sacr. Euch. quo datur finis veteri, & novæ legi initium.

84 Tunc inveniebatur B. V. M. Mater Jeſu, in eadem domo, at in alia camera: quia poſt receſſum Domini a Bethania, illa quoque cum Maria Magdalene, & aliis piis feminis, ſecutæ ſunt eum. Jeſus igitur per Angelos miſit communionem dilectiſſimæ Matri, ita, quod illa, poſt filium, prima communionem ſumpſerit (Agreda l. c. cap. 11. num. 1197.). Dein diſtribuit diſcipulis, dicens: *Accipite, & comedite hoc eſt corpus meum* [Matth. 26. 26.]. Eodem tempore ordinavit eos ſacerdotes, dando illis auctoritatem ordinare alios, & aliis alios, uſque ad conſummationem ſæculi. Item poteſtatem ſingulis ſacerdotibus, ut quotieſcumque verba conſecrationis, ſuper aptum panem & vinum protulerint, cum debita intentione, idem efficiant ſacramentum, dicendo illis: *hoc facite in meam commemorationem*. [Lucæ 22. 19.] q. d. dilectiſſimi mei Apoſtoli, amor, quo vos, cunctaſque animas fideles, ſponſas meas amo, tantus eſt, ut abire non poſſim, quin & vobiſcum remaneam, accipite igitur hoc Sacramentum, in quo ego ſum, & ſemper ero, totus vivus, in corpore, & anima, in Divinitate, & humanitate. Hoc eſt, *diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſæculo*, veluti proclamabit vas electionis meæ Apoſt. [Epheſ. 3. 9.]. Hoc eſt Sacramentum Sacramentorum, imo ſuper omnia ſacramenta. Hoc erit vobis cibus ſpiritualis, & medicina; in hoc Sacramento volo atque cupio a vobis ſummam reverentiam, & dilectionem: quod implebitis, digne illo cibando, & firmiter credendo, quod in eo ſim totus in anima & corpore, in Divinitate, & humanitate. Tunc, cum Judas ſumpſiſſet hoc diviniſſimum Sacramentum, in peccato mortali, indigne, illico, *poſt buccellam introivit in eum ſatanas*, inquit S. Joan. [Joan. 13. 27.], & continuo quaſi rabidus ivit ad principes ſacerdotum, ad tradendum illum: Jeſus autem cum diſcipulis: *Hymno dicto exierunt*; [Matt. 26. 30.], hoc eſt actis gratiis.

Sanctiſſ. Euchar. ſign. exterius, & dicitur.

B. V. poſt Chriſtum primo communicavit.

Apoſtoli ordinantur Sacerdotes cum auctoritate alios ordinandi.

85 Hic eſt conſiderandum, quod Virgo Sanctiſſima, eſto in alia eſſet camera, tamen miniſterio Angelico, & Divina illuminatione, clariſſime cuncta hæc, quæ Chriſtus faciebat cum Apoſtolis perſpiciebat: unde exeunte Domino ex cœnaculo, illa quoque exivit ante illum, & genuflexit receptum, finalem benedictionem, quam dilectiſſimus filius, ſublevans, lacrymabundus, lacrymabundam, ſolari conatus eſt ſolis hiſce verbis: *Mater mea in omnibus*

Digitized by Google

bus tribulationibus tecum ero, faciamus voluntatem Patris æterni, ad salutem hominum [Agreda l. c. cap. 12.]. Et statim egressi Jerosolymam venerunt in Villam Gethsemani, ubi relictis cæteris Apostolis, assumpsit Petrum, Jacobum, & Joannem duntaxat, & ivit cum illis in hortum, in quo noctu consueverat orare. Hic est ille hortus, in quem cœlestis sponsa, ex persona cujuslibet animæ, capientis redemptionem, præsertim autem earum, quæ in Limbo hanc præstolabantur, invitabat, hunc sponsum cœlestem, canendo in sacro cantico: *Veniat dilectus meus in hortum suum*, (Cant. 5. 1.) & afferat thesaurum prætiosissimi Sanguinis sui: ut quid nos cernit, & patitur a tot millenis annis, in obscuro hocce carcere? *Veniat, & comedat fructus pomorum*. Ita est, dilectissimi in horto, paradisi terrestris, perditio nostra, & captivitas incœpit; in horto Gethsemani erat incipienda redemptio nostra, & libertas; in illo Adam comedit dulcia poma; in hoc Christus erat comesturus eorumdem pomorum amaros fructus, & quidem tam amaros, quam illico, ac in eum est ingressus: *Cæpit contristari, & mœstus esse*, inquit S. Evangelista (Matth. 26. 37.); sed adeo vehementer, ut nulla lingua exprimere, intellectus attingere possit nullus. Aspicit nunc ad Petrum, nunc ad Jacobum, nunc ad dilectissimum suum Joan. quasi dicturus quidpiam, nec valens tamen, præ gravi tristitia; tandem hæc sola verba enuntiavit: *Tristis est anima mea usque ad mortem* [Matt. 26. 38.] q. d. tanta tristitia repletus sum, quanta sufficeret mortem mihi illico inferre, ni impediretur a Divinitate supernaturaliter. Sed unde tanta tristitia, o dulcis Jesu? nonne venisti de cœlo ad redimendas sponsas tuas animas pretio Sanguinis tui Divini? nonne Hymnum cantasti cum discipulis, cum pergeres Jerosolymis in hunc hortum? nonne dicebas Apostolis, Te debere baptizati hoc baptismate: *& quomodo coarctor, donec perficiatur* (Lucæ 12. 50.)?

Tristitia Christi Mystica.

Respondent DD. Sacr. sed & B. V. M. Mater ejus revelavit B. Mariæ ab Agreda (loco c. cap. 12.), quod plura mysteria contineantur in hac Christi tristitia. Primum: quia volens Deus Pater, ut sit, *copiosa apud eum redemptio* (Psal. 129. 7.), veluti prophetaverat per coronatum suum prophetam. Permisit, ut tristitia, humanitatem Christi, tam magna repleat, quam major non possit excogitari, permissa ea in infirmitate sua humana; & solum sustentans vitam illi, donec omnes prophetiæ implerentur, quæ scriptæ erant de illo: Unde esto Christus Dominus semper habuerit passionem suam præoculis, ut diximus, tamen numquam humanitas ejus ita fuit desolata in sua infirmitate a Divinitate; idcirco nec adeo vehementer fuit tristatus, sicut in horto Gethsemani. Secundum mysterium est: quia ad efficiendam copiosam redemptionem nostram Deus, in sui filii passione interna, externaque permisit tunc Lucifero, ut utatur totis viribus suis, & industria contra Christum Dominum; idcirco diabolus immisit in amicos ejus quamdam tepiditatem, & somnolentiam, extincta charitate, ut mox sumus visuri in Apostolis, qui non potuerunt una hora secum vigilando orare, esto ter redeundo eos hortatus fuerit: omnesque, præter ejus dilectissimam Matrem, defecerunt aliqualiter in fide. Timorem etiam

iam diabolus posuit in cor eorum, ita ut in summa necessitate, *relicto eo fugerunt omnes* [Mar. 14. 50.]. Hoc diabolus faciebat sperans fore, ut Christus videns tantam ingratitudinem in maximis suis amicis, desistat ab opere redemptionis; jam enim illum advertebat esse Messiam. Videns tamen Draco infernalis, hac se arte nil efficere, aliam assumit, semper Deo permittente, unde immisit flammam furoris, & odii, in ejus inimicos ita, ut admiratus Vates coronatus dicat in spiritu: *Quare fremuerunt gentes & populi... Reges terræ, & principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum?* (Psal. 2. 1. 2.) q. d. quomodo est possibile? unde hoc? ut ita omnes unanimiter insurrexerint contra ipsum, Reges, & principes; Domini, & judices; servi, & pauperes; Ecclesiastici, & sæculares? Verbo dixerim, tota Jerosolyma est commota, omnes fremunt, omnes frendent, omnes sæviunt, stridٍent omnes dentibus in eum, ut citius eum capiant, & contristent? ut videbimus deinceps qualiter hanc rabiem adimpleant. Hoc quidem diabolus non faciebat desiderio, ut Christus moriatur, advertebat enim fore, ut morte sua nos redimat; sed sciens se non posse eam impedire; conabatur, per iniquos servos suos, ut ad minus inducat Dominum, ad vel minimum peccatum iræ, invidiæ, vindictæ, aut saltem impatientiæ, quod tamen numquam obtinuit.

Tristitia Christi magis augetur.

Cur diabolus conatur Christum affligere?

86 Tertium mysterium, tristitiæ Christi indicibilis est: quia tunc in horto Gethsemani, ostensus fuit illi numerus salvandorum, & damnandorum: ubi videns numerum damnandorum esse multo majorem, quam salvandorum, summa tristitia pressus fuit, & repletus; quia, ut pro cunctis mori intendebat, ita salvandos cunctos optabat. Esto autem omnia hæc ille, ut Deus ab æterno præ oculis habuerit, imo etiam, ut homo, a conceptione sua; sed antea numquam adeo tristatum legimus, quia in infirmitate, humanitas ejus, numquam ita fuit desolata.

Tri... Christ... xime t... tur o... eitate... salva...

Quid igitur mirandum tantæ afflictioni humanitatis Salvatoris nostri, desolatæ in sua infirmitate? Si intuetur amicos, videt omnes refriguisse in charitate, videt omnes se in summa necessitate relicturos, Judam se traditurum; Petrum se negaturum; omnes, Matre excepta, in fide vacillaturos: Idcirco inquit per Jeremiam: *Idcirco ego plorans, quia longe factus est a me consolator; facti sunt filii mei perditi, quoniam invaluit inimicus* [Thren. 1. 16.]. Sin vero, per tenebras noctis, longius prospicit Jerosolymam versus, o quam tremenda præparamenta, quam impia videt, adversum se, fieri consilia. Videt armari cohortem, quorum omnes stridٍent in se dentibus, catenas, flagella, & funes parant: unde per coronatum Vatem exclamat; *turbatus est a furore oculus meus* (Psal. 6. 7.) a furore scilicet, eorum, *qui multiplicati sunt, & oderunt me inique* (Psal. 37. 20.). Quod si tandem respicit, & contemplatur fructum amarissimæ passionis suæ; videt plurimos, induratos in sceleribus, eum amissuros: videt enim damnandorum numerum multo copiosiorem, quam salvandorum: & quidem hoc summam tristitiam Domino causavit, quando exclamavit: *Tristis est anima mea usque ad mortem. Tristatur Dominus*, inquit S. Bernardinus Senens. *videndo tantos esse privandos gloria paradisi, & ad pœnas infer-*

Summa tristitia Christi in horto.

Digitized by Google

Christi quamonia in Judam.

inferni damnandos (Serm. de pass. Dom.). Quos inter, cum vidisset infelicissimum Apostolum suum Judam desperaturum: superabundavit in illo tristitia, ut non plus ultra capi possit ab anima reata: Unde Regius Vates, spiritu prophetico, hoc ipsum prospiciens dixisse creditur, ex persona Christi Domini: oh Juda, Juda! *Si inimicus meus maledixisset mihi*, desperando, contempta misericordia mea, *sustinuissem utique, sed tu qui mecum dulces capiebas cibos!* [Psal. 54. 13.) manducando mecum in eadem mensa, per tres annos; imo divinissimum corpus meum, paulo ante in ultima Cœna! Tu qui enutritus es in schola mea, doctrina cœlesti! Tu qui novisti, quod amem vos plusquam Mater filium uteri sui; Tune ita contemnis meam misericordiam, ut colligatus cum diabolo, malis in desperatione perire, quam ad meam misericordiam redire? Oh considerares, quam mihi, *amarum est reliquisse te Dominum tuum, arguet te*, Juda, *malitia tua, & aversio* (Jerem. 2. 19).

87 Inveniendo igitur ita filius Dei in horto sine consolatore, & consolatione in terra, ut alter filius, de quo Evangelium testatur: *Surgam*, inquit, *& ibo ad Patrem meum* [Lucæ 12. 6.]. Si vel cœlitus ab æterno Patre meo consolatio mihi adveniat. *Et progressus pusillum procidit in faciem suam super terram* [Matth. 26. 39. & Mar. 19. 35.]. Observa hic o christiane, qui erubescis, Christum sequi, qui in Ecclesia sat inverecunde multoties consistis, erubescendo coram Sacramento osculari terram; observa, inquam, qualiter Salvator tuus, *in quem desiderant Angeli prospicere*: telle S. Petro Apostolo [1. Pet. 1. 12.], illa facie Divina prostrata per terram, facit orationem. Sed nec cœlitus accipiens consolationem, retrospicit ad discipulos, & ecce glisicit afflictio, jam enim obdormiverant: interumpit orationem, vadit ad discipulos, excitatosque hortatur, ut juvent se vigilando & orando: & iterum redit secundo, & orat Patrem, at nactus responsum nullum, nullam consolationem; filet Pater, angeli silent: Iterum respexit ad discipulos, iterum dormientes videt, iterum orationem interumpit, vadit, excitat, & admonet eos: *Vigilate, & orate* (Marc. 14. 38.). Doceminor o Superiores esse diligentes super junioribus vestris: Christus interrumpit orationem ad hortandum suos discipulos ad opus bonum: quanto magis vos debetis temporalia cuncta omittere? Quam difficile multi rationem estis daturi super hac negligentia! Vos, vos corripiemini pro vestris junioribus: auscultate hanc veritatem: Christus omnes, *invenit dormientes*, teste S. Marco (Marc. ibidem), & tamen solum Petrum corripit, utpote superiorem, pro omnibus: *& ait Petro: Simon dormis? non potuisti una hora vigilare*? O quot superiores acrius Petro corripientur. Tandem, *ivit tertio, & oravit eumdem sermonem dicens: Pater si vis transfer a me calicem istum*: inquit Evangelium [Matt. 26. 44. & Lucæ 22. 42.]. Clamat ita, sed non invenit consolationem, nec in cœlo, nec in terra: non in cœlo, quia Pater illi nihil respondet: non in terra, quia amicos si aspicit, deseruerunt eum in tribulatione solum, & obdormiverunt, quasi non curent de illo: Si aspicit inimicos, videt diligentissimos, & furore repletos, cum catenis & funibus appropinquare. Si tandem respicit dilectissimam Matrem suam, non minuitur tri-

Superiores pro junioribus corripiendi sunt.

Christus interrupto oratione interrupit, & ad eam redit tio. Cur?

Digitized by Google

B.V. Maria peragens ea cum Dominabus in Domo cœnæ, quæ Christus in hor. cum discipulis, auget illi tristit.

stitia ejus, imo augetur. Videt enim illam in domo cœnæ omnia illa peragere, cum illis dominabus, quæ ipse cum discipulis in horto: quando ille recedebat a discipulis ad orationem, illa quoque a Dominabus, quando ipse revertebatur ad illos excitandos, illa etiam ad excitandas eas, tristando non minus quam filius [Agreda l. c. ca. 12.]. Quo circa ita dilatatæ sunt portæ animæ, & cordis Jesu ad tristitiam, ut, *factus in agonia prolixius orabat*, quam aliis duabus vicibus, inquit S. Lucas [22.43. & 44.], *& factus est sudor ejus, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram*. Eodem tempore, etiam dolorosa Mater ejus sanguinem sudavit, veluti illaipsa revelavit devotæ B. Mariæ ab Agreda. [loco citato] Interim clamabat Jesus. *Pater si vis transfer a me calicem istum: Verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat*: Edoceminor hic, o christiani a magistro Divino, voluntatem vestram in vestris petitionibus, Divinæ voluntati semper uniformare, & subjicere, dicendo: non sicut ego volo Domine Deus, sed sicut tu novisti fore pro gloria tua.

Christo sudante sang. sudat, & Maria.

88 Quis considerare potest N. calicis hujus amaritudinem, qui filium Matremque sanguinem ursit sudare tantum, quantum penetratis vestibus in terram decurreret! Putatis hunc calicem esse, amarissimam passionem, & mortem, quam se brevi passurum prævidebat? nullus dubitandum, dilectissimi, etiam hanc esse; *ut assumpti veritatem probaret hominis*: inquit S. Hieronym. [in cant. apud Pauletti]: unde & ipsemet Dominus dicebat; *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma* [Mar. 14. 38.]. Nihilominus est & aliud mysterium hic. Deduco enim ex testimoniis Sac. Paginarum, quod in horto Gethsemani, duos calices Pater cœlestis Christo obtulerit: Primus fuit salutis peccatorum pœnitentum, & hic fuit, amara passio ejus, & mors ignominiosissima patienda; &, dum offerret hunc calicem illi Pater, dicebat: Vide, fili mi: *calix meus quam præclarus est* (Psal. 22. 5.), quia mihi complacens est, tibi glorioſus; & peccatoribus necessarius; quem filius læte acceptans, respondit per eumdem David, dicens; *Calicem salutaris accipiam* (Psal. 115. 4.). *Spiritus quidem promptus est*: q. d. libenter, o Pater Cœlestis, acceptabo calicem passionis, & pro salute generis humani sanguinem meum effundam: *unde cum dicit transeat, non rogat, ut non patiatur; sed ut patiendi calicis fortitudo in Christianos transeat*: inquit S. Hillar. [in cap. 26. Matt.]. Secundus calix fuit condemnationis peccatorum obstinatorum, plenus indignatione; hic calix fuit ultima sententia danda damnatis, in fine mundi, dicendo: *Ite maledicti in ignem æternum* [Matt. 25. 41.], quem calicem offerendo illi Pater, dicebat per Vatem S. Jer. *Sume calicem furoris* [25.15.], de quo, juxta testimonium Davidis: *bibent omnes peccatores terræ;* impœnitentes, nempe (Psal. 47. 9.). Hic igitur calix N. hic amarus erat potatu nostro Salvatori: hic illum in agoniam posuit, & sanguinem sudare fecit; atque clamare ad Patrem: *Pater si possibile est, transeat a me calix iste*: quasi dicat, quomodo ego calicem illum furoris, & æternæ damnationis accipiens effundam in peccatores, cum frater eorum sim factus, accepta eorumdem natura. Ah cor mihi liquefiet super fratres meos, esto ingratos erga mea beneficia. Itaque si possibile

Duo c. Christo si in hc.

Qualem c. licem Ch. stus rogat: se transire

Digitized by Google

sibile est, ego primum, *calicem salutaris accipiam, & sacrificabo*, pro eis memetipsum, & meum sanguinem; sed iste secundus, *transeat a me*, ad Te o Pater, vel ad secundam personam, ad Spiritum Sanctum; Ah, hunc, hunc furoris calicem, *transfer a me*.

89 *Et apparuit Angelus confortans eum*: sequitur S. Evangelium: (Matt. & Lucæ loc. cit.), quia tandem videns cœlestis Pater filium suum torqueri ita tristitia; agonizare, & sanguinem sudare, desolatum in infirmitate humana, misit Archangelum S. Michaelem, ut humanitatem ejus confortaret. Confortavit igitur in corpore, ut tormenta liberius subeat; confortavit in spiritu, ut non tristetur tam acerbe, propter majorem numerum damnandorum, super salvandos, quia damnatio eorum illis erit ex seipsis; non autem ex parte suæ redemptionis, quæ copiosissima esset futura, & sufficientissima pro mille mundis. Dein & si major numerus est damnandorum, dicebat illi Archangelus, sat magnus est & numerus salvandorum, quos inter est dilectissima Mater tua Maria, pro qua sola omnia tormenta subires, & funderes sanguinem, ad illi aperiendum introitum ad cœlestia regna, cujus clavis alia non est, nisi sanguis tuus Divinus. Confortavit tandem in voluntate, ut acceptet bono animo etiam secundum calicem: quia judicat Sanctissima Trinitas justum esse, dignum, & congruum, ut secunda persona in eadem humanitate, in qua mundum redemerit, judicet quoque eum, juxta cujuscumque merita, in fine sæculorum; vocando bonos, & pœnitentes, in gloriam; *venite benedicti*; effundendo autem super infideles, & obstinatos peccatores calicem furoris, ultimæ sententiæ, *discedite maledicti in ignem æternum*. Itaque confortatus Dominus redit ad discipulos, & eslo iterum eos repererit dormientes, non jam objurgat; sed gravi suspirio deplorans nostri mundanorum miseriam, dixit; *dormite jam & requiescite*, chari discipuli mei. (Mar. 14. 14.) Sed Iudas non dormit; talis est mundus immundus; qui deberet in bono vigilare, dormitatur illi, & gravescit totus: sed qui contendit ad mala, nec gravescit, nec somnus eum occupat.

Adhuc eo loquente, ecce Judas, 90 *unus de duodecim venit, & cum eo turba multa* (Mart. l. mox cit.), quos cum vidisset Jesus, ad monstrandam spontaneitatem, qua amarum calicem passionis acceptabat, perrexit obviam illis, & interrogavit; *quem quæritis?* quibus respondentibus: *Jesum Nazarenum*, illico libera voce confessus est, dicens: *ego sum* (Joan. 18. 8.). Hæc fuit illa vox, de qua prophetatum est per regium Vatem dicentem: *a voce tonitrui tui formidabunt:* (Psal. 103. 7.) & quidem formidarunt tantum, quantum, *iverunt retrorsum, & ceciderunt in terram* (Joan. l. c.): quam bene canebat David: *Vox Domini in virtute, Vox Domini in magnificentia* [Psal. 28. 4.]. Ostendit illis, Dei filius, virtutem solius vocis suæ, ut excusatione careant, quasi eum non cognovissent: &, ut videant, quod, nisi ille vellet, capere eum non valerent. Aliud quoque signum hic Jesus fecit, quia illorum casu Petrus animatus, evaginato gladio ictum probavit, ad amputandum uni caput, at solam auriculam contingens amputavit, quam Dominus applicatam loco suo de repente restituit pristi-

Christus capitur, ubi per duplex signum non meliores, quin peiores fiunt persidi captores.

noſtatui, & ſanitati. Ipſi tamen, utpote quos malitia excœccavit, non attento hocce miraculo, ſtatim ac illis data fuit licentia a Domino, injiciendi in ſe manus, majori rabie, & ira, propter caſum ſuum, accenſi, impetum fecerunt in eum, æmulando, quis prius illum percutiat, conſpuat, & liget fortius. Porro cum recommendaſſet illis perfidus traditor Judas, *quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt tenete eum, & ducite caute* (Mar. 14. 14.): ne forte eruat ſe de manibus veſtris: idcirco, *præter funes validiſſimos*, inquit S. Bernardin. Senenſ. *catenas inſuper ferreas collo ejus, corporique reliquo circumjecerunt*: (Serm. de paſſ. Dom.) & hoc ſignificat ſtola Sacerdotalis.

91 Tunc Draco infernalis ad affligendum Dominum magis, horrendum timorem immiſit in cor diſcipulorum, ita ut, *relicto eo fugerunt omnes*, teſte S. Evang. [Mar. 14. 50.]. Hæc fuga Apoſtolorum, & deſolatio Magiſtri Divini, in hac maxima neceſſitate, quando conſolari eum debebant ſua ſocietate, tam magnam cauſavit, & auxit illi afflictionem in corde, ut ſine lacrymis enuntiari poſſit minime, vox deficit, confunditur loquela! Jeſus, ut impleatur Scriptura, dicens: *ſicut agnus coram tondente ſe obmutescet* [Iſai. 53. 7.]: inveniendo jam in manibus ſuorum inimicorum, crudeliter ligatus, opprobriis ſauciatus; & modis omnigenis afflictus in corpore; volebat ſaltem in corde habere aliqualem conſolationem, videndo apud ſe amicos aliquos, ſeu ſuos dilectos Apoſtolos: reſpicit igitur ad dexteram, at heu me! non eſt Petrus: vertit oculos ad ſiniſtram, & nec Jacobum videt: girat oculis in circuitu per omnia, at proh dolor! Joannes quoque abeſt! Tunc contriſtatus eſt Dominus, plus in animo, quam in corpore conquerendo graviſſimis ſuſpiriis in ſilentio, quaſi dicat: ita ne eſt, o amici mei, o mei dilectiſſimi diſcipuli! in manducando, & bibendo, omnes mecum; & in hac tribulatione me relinquitis, quando maxime vobis indigeo pro mea conſolatione? Siccine adimples, Petre, quod promittebas, ſi opus fuerit etiam ad mortem mecum ire? Ah Joannes dilectiſſime, vel non recordaris, te paulo ante in ſinu meo, ſicut filius in materno, requieviſſe? taliſne gratitudo, etiam juxta te, me manſit? Cum igitur, dilectiſſimi Fratres, in tanta neceſſitate diſcipuli reliquerint Magiſtrum, vos animæ fideles, non relinquatis ſponſum cœleſtem: en jam cohors ordinatur, ut ducant eum Jeroſolymam, ſequamur eum pro ſua conſolatione. Præparemini, quæſo, dum pauxillum quieſcam ego; illico ituri.

Chriſtus deſeritur ab Apoſtolis, quo augetur eius afflictio.

PARS SECUNDA.

92 *At illi tenentes Jeſum duxerunt* (Matt. 26. 57.) Jeroſolymam, trahentes per funes, quæis crudeliter erat ligatus. Dignum notatu eſt hic, quod Lucifer infernalis iratus, ob admirandam manſuetudinem Chriſti, & patientiam, concitabat corda, & accendebat illorum rabidorum militum furore, & odio barbarico, ut libere unuſquiſque illum æmuletur pro poſſe affligere, & contemnere; unde nec lingua exprimi poteſt, nec concipi intellectu, quantum quilibet ſitiret, & conaretur oſtentare in hoc ſuam magnanimitatem! unde advolantes ſingilatim, imo turmatim rapientes ſibi vicem: unus illum percutiebat manu, alter pede;

Conatus eo ſe inducendi iram, & impat. fruſtra.

unus

Digitized by Google

unus fuste, flagello alter: trahens alius per barbam, alius Divinam illam faciem conspuens: aliqui subsanabant, blasphemabant alii; trahentes illum hi ad dexteram per catenas, per funes illi ad sinistram. Per hoc conabatur Draco infernalis Jesum inducere saltem ad minimum peccatum iræ, aut impatientiæ. At Jesus, ut adimpleretur prophetia Isaiæ, dicentis: *sicut ovis ad occisionem ducetur*: (Isai. 53. 7.) cum summa mansuetudine, & patientia ineffabili cuncta hæc tolerabat. *Et adduxerunt eum ad Annam primum* (Joan. 18. 13.), hic enim erat princeps Sacerdotum: qui illum interrogavit de discipulis, & de doctrina ejus. Ad primum nihil respondit; quia pro tunc laude digni non erant, cum reliquerint eum fugientes: ignominiam autem, fugæ eorum, maluit tacere: ad dandum nobis exemplum, ut, quando proximum non habemus in quo laudaremus, potius taceamus de illo, quam detegamus ejus defectus. Ad secundum vero, nempe, de doctrina sua, respondit: *Ego palam semper docui in Synagoga... interroga eos, qui audierunt, quid locutus sim ipsis* (Joan. loc. cit. ℣. 20.): *ecce hi sciunt*. Quid mansuetius? quid mitius hacce responsione? Cui, quæso, injuriam inferre potest talis responsio? & tamen tanto odio diabolus accenderat corda eorum, in Agnum hunc mitissimum, ut acceperint responsionem hanc, pro temeraria, indigna, & injuriosa: idcirco unus ex servis Pontificis, ita gravem, & enormem illi alapam dedit, ut juxta testimonium S. Efrem: *Angeli, & Archangeli obstupuerunt, Gabriel, & Michael vultum suum contexerunt* (Serm. 3. de pass. Domini): ne tantam injuriam videant, & ignominiam actam in Regem suum. O cœli, ubi sunt fulmina! o terra cur non deglutire hos! siccine toleratis tractari Creatorem vestrum? Mater Jesu dolorosa, esto hic non esset præsens, verum alapam hanc crudelissimam, non modo vidit in spiritu, sed sensit quoque in propria facie sua Virginea (Agreda l. c.)! O enorme spectrum, invidiam! ubi ex flore mansuetudinis Jesu, venenum fugit temeritatis, & injuriæ! *non sic impii, non sic* (Joan. 18. 24.), sed discite a Magistro divino, qui est charitas, qualiter ex absynthio, fugæ discipulorum, mel fugit silentii.

93

Et misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem (Joan. 18. 24.), ubi multi seniores erant congregati, expectantes eum cum ingenti desiderio. Adductus igitur Jesus, & stans inter illos, post omnigenos contemptus, & injurias acceptas ab eis, de multis fuit interrogatus, sed nil amplius respondebat. Tandem adjuravit eum Caiphas per Deum, ut dicat, si ille sit Christus Dei filius: ubi ob reverentiam appellationis divini nominis, respondit: *Ego sum: & videbitis filium hominis sedentem in dextris virtutis Dei*. (Mar. 14. 62.) Tunc Caiphas tamquam indemoniatus præ furore surrexit, & discerpsit vestes suas, clamando: *quid adhuc egemus testibus? non audistis blasphemiam?* quid vobis videtur modo? Tunc omnes una voce clamarunt: *reus est mortis*. Itaque servi iterum illum alapis, & ictibus, sauciarunt, omnimode affligentes in corpore. Sed hic major supervenit illi afflictio in corde, & anima: quia Petrus paulatim per tenebras noctis advenit, & in atrio consistens inter servos Pontificis, ter eum negavit, & quidem secunda vice cum juramento,

Christus interrogatus, de doctrina respondit, de discipulis cet. cur?

Charitas ex absynthio fugit, cum vero flore venium.

Petrus addit dolores Christo negatione. Christus sanat Petrum divino intuitu.

mento, & tertia cum imprecationibus in se, si istum Jesum cognoscat. Tam gravis fuit hæc tristitia, qua Petrus sic peccando illum afflixit, quam oblitus omnium eorum, quæ patiebatur in corpore a perfidis Judæis, assumpserit animæ Petri mederi intuitu suo divino: unde conversus ad portam cum suspirio, *respexit Petrum;* qui radius solis viri justitiæ, cum contigisset cor Petri, illico, *exivit foras, & flevit amare* (Luc. 22. ℣. 61. & 62). Jesum autem sic afflictum intrinsece, & extrinsece, in corde nempe & in corpore, posuerunt sub custodiam usque mane: ubi illi impudentissimi custodes portam, ne fugiat, custodientes, impudice canebant, & illi alludebant potando, & inhoneste blasphemando, uti solet fœx similis: ut impleretur Regii sui Vatis prophetia: *Adversum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant, qui bibebant vinum* (Psal. 68. 13.).

94 *Mane autem facto... vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato* (Matt. 27. 1. 2.). Ecce N. amaræ nocti, amarior dies succedit, cum solita rabie, & opprobriis vinctum duxerunt, inquit S. Evangelium ad Pilatum. Hic tamen sciens Jesum esse justum, & ex odio dumtaxat eum sibi tradi: noluit condemnare eum, sed misit ad Hærodem; qui, esto contemnendo, illuserit ei, nihilominus condemnare, nec ipse voluit, neque Sanguinem justi super se accipere, sed iterum remisit ad Pilatum. Diabolus interim mansuetudinem Christi non valens ferre, concitat semper magis, magisque milites, sic hi irascendo illi, quod debeant cursitare de Judice ad Judicem, illum ducendo, indicibilibus opprobriis, & percussionibus affligunt, ac tractibus; allidentes eum ad muros, conspuentes, barbam evellentes; & cooperta facie, alapas impingentes, ut prophetizet quis percutiat; aliisque hujusmodi sauciabant. O Angeli! o Cœlum! & potestis hæc aspicere, nec fulmina jacere in hosce dracones, dixerim, non homines? Adduxerunt itaque illum ad Pilatum iterum, & ululantes ut lupi, clamare cœperunt: *tolle, tolle crucifige eum* (Joan. 19. 11.). Conatur quidem Pilatus a condemnatione illum eripi, idcirco testimonia criminum ejus petit; sed testimonia tam inconvenientia erant, quam judex ipse, cognita eorum falsitate, Jesum confessus est esse justum, dicens: *nil invenio causæ in hoc homine.* (Lucæ 23. 4.) Nihilominus ferre non valens impetum eorum, & clamores, decrevit Christum flagellari crudeliter ad columnam: Si vel ita fœdaretur furor perfidissimorum Judæorum, cum eum viderint nimis concussum, & correptum superabundanter: *Tunc apprehendit Pilatus Jesum, & flagellavit* (Joan. l. c.).

Pilatus natur se liberare. justum reus.

Christus ducitur ad Pilatum, mittitur ad Hærod. iterum ad Pilatum, quanta tunc patitur.

95 Expergescimini nunc, o fideles animæ, sponsæ Jesu, expergescimini inquam, modo, & aperto fidei oculo intueamini; modo enim cognoscere incipiam vos, & ab obstinatis discernere peccatoribus, quicumque enim lapide durior, ingratiorque feris non fuerit, nec a lacrymis continebitur, nec ab amaro planctu. Ecce ut jussit Pilatus Jesum flagellari, illico crudeles ministri, quorum, juxta testimonium Davidis; *veloces pedes ad effundendum sanguinem* (Psal. 13. 3.): illico, quidam parant flagella ex funibus, quidam ex catenis, quidamque ex virgis spinosis; alii exuunt Jesum, & ligant ad columnam. Jesus autem Redemptor

no-

Digitized by Google

justitiæ, misericor- coram tice ligato columnâ.

noſter, & Salvator, cum ſumma manſuetudine, ſolus juvat denudari; ſolus ad columnam accedit, in ſilentio clamans, imo canens per Davidem: *ego in flagella paratus ſum* (Pſal. 37. 18.), & lætus ſanguinem ſub illis fundere volo, dummodo illo lavem ſordes peccatorum ſponſarum mearum, fidelium animarum. Dum tamen parantur carnifices illi, cum ſuis inſtrumentis: ecce aperti ſunt cœli, & deſcenderunt duæ ſorores de cœlo juſtitia, nempe, & miſericordia Divina; & admirabilem litem, coram ligato Rege ad columnam, & judice, inſtituerunt: quia juſtitia volens plenariam ſatisfactionem offenſæ Divinæ petit, ut crudeliſſime flagelletur ille, qui totius mundi crimina in ſe voluit aſſumere, ſi vult hominem non perire in æternum. Miſericordia autem, miſerta homini peccatori, vellet quidem, ut non pereat, ſed redimatur, & habeat vitam æternam: ſed ex alia parte, miſerta etiam ſuper Redemptore noſtro, Dei filio; vellet, ut non patiatur tam acerba tormenta: unde clamabat ad juſtitiam. Eja ſoror juſtitia, hic eſt Verbum Patris Æterni: hic per unicum verbum, *fiat*, mundum univerſum creavit: quare per unicum verbum, & renovare non poſſet Mundum, ſeu redimere? Eh! chara ſoror miſericordia, contra vociferatur juſtitia, non poteſt ita eſſe non; ſcriptum eſt enim: *Beati qui lavant ſtolas ſuas in ſanguine Agni*, ut... *intrent per portas in civitatem* (Apoc. 22. ℣. 24.), ſeu in Jeroſolymam noſtram cœleſtem: niſi igitur ſanguis hujus Agni fundatur ſub flagellis, & laverint ſordes ſuas in eo, aditus illis non patebit in noſtram civitatem. Videns Dominus Jeſus; quod hæ duæ ſorores componi non poſſint, tulit ſententiam pro juſtitia, dicens ad miſericordiam: ſine modo, *ſic enim decet nos implere omnem juſtitiam* [Matt. 3. 15.]. Tunc illico ſex carnifices fortiores omnium, & crudeliores ſelecti, viciſſim impetum fecerunt; primi duo totum corpus lividum funibus effecerunt; quibus laſſis; accedunt alii duo, cum virgis ſpinoſis, & per livores aperuerunt vulnera, ita ut ſanguis ſaltaret per aera: intuens hoc miſericordia, & liquefiens compaſſione ſuper manſuetiſſimo agno, clamat ad ſororem juſtitiam; mitiga, o ſoror furorem; *quæ utilitas in ſanguine juſto* [Pſal. 29. 10]? ſed juſtitia contra clamat: *ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio*: (Hæbr. 9. 22.) peccata mundi ſi vis remitti, ſanguis hujus Agni, qui ſe eis ſubjecit, fundatur diris flagellis, eſt opus. Cum hi quoque fuiſſent jam laſſi, accedunt duo tertii, tam crudeles, quam, potius dracones in pelle humana, quam homines in ſua dicendi ſunt, & cum catenis, inſtructis in ſummitate uncis, jam non reperiunt ſanum, ſed percutientes per vulnera, carnem ſacratiſſimam uncis evellunt [S. Vinc. Fer. de paraſc. & alii], quod intuita miſericordia, elevat vocem in cœlum ad Cœleſtem Patrem clamando, cum Propheta S. Joele [2. 17.]: *parce Domine, parce*: *quæ utilitas in ſanguine juſti*: ſed contra clamat juſtitia: plecte, plecte, *ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio*. Cum tandem vidiſſent carnifices eum prope agonizare ſub flagellis, ſolverunt illum a columna, & præ debilitate cecidit in lacum proprii ſanguinis, qui circum columnam defluxerat, ut impleretur ſcriptura, de omnibus peccatoribus contritis, & pœnitentibus, quæ dicit; *laverunt ſtolas ſuas in ſanguine*

Jeſus quam crudeliter flagellatus.

lus das tiam ſtitia ſus mi-

Digitized by Google

ne Agni (Apoc. 7. 14.). Quid videtur vobis modo, o animæ fideles, & contritæ? illi Christiani, qui intuiti sunt, oculo fidei, quod Jesus prope expiret, sub flagellis, pro illis; at illi nec suspirant præ compassione, pro eo: intuiti eum sanguinem fundere, & illi nec lacrymam effuderunt, nonne dant signum evidens, se non esse contritos, minusque oves gregis sui veræ, quæ audiunt vocem ejus?

96 In hac crudeli flagellatione tam triste instructus est Dominus, quam libere Isajas ausus est prophetare dicens: *a planta pedis usque ad verticem, non est in eo sanitas*, sed, *vulnus*, *livor*, & *plaga*: (1. 6.) nec tamen ministri illi indæmoniati per hoc sitim extinxerunt furoris sui, & odii: quinimo elevato de terra, & a columna amoto, imposuerunt coronam spinarum capiti ejus: ac eousque presserunt furcis, quousque ad cerebrum plurimæ spinæ penetrassent: atque ita contritum, decoriatum, & despectum, ut plus spectrum, quam homo videretur, de eminentiori podio Pilatus ostendit populo dicens: *Ecce homo*: q. d. Ecce homo, in quo ego crimen reperio nullum, neque est reperibile; sed & si criminosissimus esset, numquid hoc illi non sufficeret? vel non videtis, quam ad miserabilem ductus est statum! Aliunde vobis mos est, ut unus mortis reus dimittatur, propter lætitiam festivitatum paschalium: *Vultis ergo dimittam vobis Regem Judæorum* (Mar. 15. 8.). At illi, more elephantum, quibus cum sanguis ostenditur maxime inflammantur, & furunt; ita profecto perfidi Judæi, quo illum magis plagatum vident, & contritum, eo vel maxime insaniunt, valide clamando, nolumus hunc dimitti, non, sed Barabbam esto sit latro, & carnifex seditiosus in civitate. Oh væ tibi infelicissima Synagoga! Jesumne rejicis, & Barabbam amplecteris? dicito mihi Synagoga ingratissima, quis te eduxit ex mancipatu Regis Ægypti, & traduxit per mare rubrum tamquam per amœnissimum campum aridum! quis demersit hostes tuos Ægyptios in mari rubro, & multos Reges tibi contrarios contrivit? quis te cibavit cibo cœlesti, in deserto, per annos quadraginta, & induxit in terram promissionis? quis, inquam, hæc, & alia innumera beneficia tibi fecit, Barabbas ne, an Jesus? Ah! ingratissima omnium creaturarum, non Barabbas non, sed Jesus! & tamen modo eum amplecteris, contempto Jesu, ac rejecto, dorsum ei vertis, ut adultera sponso. Dabitur tibi Barabbas, o infelicissima, & cum illo omnes infelicitates, quia Jesus a te recedet, inventurus sponsam fideliorem.

Coronatur Jes. & pop. ostenditur.

Synagoga rejecto Jesu Barabbam postulat.

97 Videns Pilatus perfidos Judæos velle sibi donari Barabbam, & non Jesum, ait: *Quid ergo faciam de Jesu?* [Matt. 27. 22.] O Jesu dulcedo cœlestis, & consolatio fidelium animarum, sponsarum tuarum; tanti ne æstimaris ab hominibus, quanti unum pomum fragidum? da non nemini pomum fragidum, dicet illico, quid faciam de hoc? sic tibi dicitur: *quid faciam de Jesu?* quasi jam nihilum esses, & valeres ad nihilum. Ad te me converto, o Pater cœlestis, vides quod dilecta usque modo, modo vero perfida, sponsa filii tui Synagoga, dorsum illi vertat, sicut sponso suo adultera, & amplectitur adulterum Barabbam: igitur tu quoque, o cœlestis Pater, converte ab illa dilectissimum filium tuum Jesum, ad novam sponsam Sanctam Eccle-

Jesus n. g. r. inventa Eccl. despon.

Digitized by Google

Ecclesiam, ut illam desponset, juxta prophetiam Vatis S. Oseæ: *Sponsabo te mihi .. in misericordia .. & in fide* (2. 18. 20.). Cum aliunde illa invocet eum in canticis sacris clamando; *Veniat dilectus meus .. osculetur me osculo oris sui* (Cant. 1. 1. & 5. 1.) Quod si interrogas eam, *quid illa faciet de Jesu*, dilectissimo filio tuo? dicit cum Heroina Judith: Exuam me vestimento viduitatis, & induam *me vestimento exultationis*: (16. 9.) Dein ornata gemmis fidei, spei, & charitatis, atque aliarum virtutum, exibo obviam illi, eumque humiliter adorabo: insuper expediam præcones per Mundum universum, *ut in nomine Jesu omne genu flectatur* [Philip. 2. 10.]. Ita cordicitus illum amabo, ut multi filii mei, relinquent divitias, & thesauros, regna, & possessiones, & replebunt Monasteria, & Eremos; multi proprium sanguinem pro sui amore sunt fusuri. Ecce, o Pater cælestis, quid nova sponsa S. Ecclesia faciet de Jesu filio tuo. Non dubito N. fore ut multi miremini scelus Judæorum, & eos condemnetis, inexplicabilis malitiæ; quia tam instanter urgent Christum torqueri, & crucifigi: cupio tamen ut vosipsos multi consideretis, & forte pejora, quæ condemnentur, reperturi in vobis; & ut veritas hæc vobis elucescat, interrogabat vos, o diversi peccatores, *quid vos facietis de Jesu?* Ah, siletis, siletis ore, sed operibus clamatis, quod velitis eum crudelius Judæis torquere, & crucifigere vestris sceleribus, & peccatis. Numquid non auditis N. qualiter ille avarus, non quidem voce, sed opere clamat, vendam illum minori pretio quam Judas, toties. Clamat murmurator, spuam illi in faciem, cum militibus. Clamat mendax, velabo faciem ejus, tacendo veritatem, quia ipse est veritas, & mentiendo alapas illi crudeliores, quam ministri Judæorum infligam. Clamat libidinosus, flagellabo illum, sine intermissione, impuris cogitationibus meis, verbis, & operibus sæpe. Clamat superbus, coronam spineam imponam capiti ejus, superbia mea, & jactantia. Clamat gulosus, & ebriosus, o quoties propinabo illi acetum, & fel, meis ebrietatibus. Iracundi imprecatores clamant, & blasphematores, quorum, *lingua inflammata a gehenna* (Jac. 3. 6.) est, nos eum clavis imprecationum conclavabimus cruci, & lancea blasphemiarum, non semel, ut Longinus, sed quotidie, pectus ejus aperiemus. Clamat tandem quilibet peccator, qui amodo non cessaverit consuetudinabiter peccare; torquebo illum, & crucifigam crudelius Judæis toties, quoties ex consuetudine mea, quam non curo emendare, mortaliter peccavero. O peccatores obstinati, hæccine cogitatis facere de Jesu filio Dei? si ita est, non tardetis, venite incipite cum perfidis Judæis, quia mox eis crucifigendus adjudicabitur, & ducent illum ad Calvariam.

Ecclesia protestatur quid sit facturæ.

Quidnam diversi peccatores facturos de Jesu respondetis, & non vos.

Cum tandem vidissent perfidi Judæi Pilatum nullo modo flecti ad Jesum morti condemnandum, quia causam mortis in illo nullam inveniebat: Ecce malitia artem adinvenit corrumpendi Judicem minis inimicitiæ Cæsaris: *Si hunc*, inquiunt, *dimittis, non eris amicus Cæsaris* (Joan. 19. 12.). Ecce infelicitas mundanorum, o quot reperiuntur in præsentiarum Pilati, qui ad conservandam amicitiam apud magnates, faciunt enormissimas injustitias. Infelix Pilatus juste judicabat, quamdiu non fuit illi incussus timor minarum

98

Pilatus territus inimicitia Imper. inique condemnat Christum. Etiamnum multi Pilati sunt?

Digitized by Google

narum amicitiæ Cæsaris Romani amittendæ; at, ut audivit se accusandum, apud Imperatorem, ejusque amicitiam perditurum, illico amicitiam sprevit Imperatoris Cœlorum: quia *cum audisset hos sermones*, inquit S. Joannes, *tradidit eis illum, ut crucifigatur* (16. ℣. 16.). Audita, impii ministri, iniqua sententia, statim læti illum rapiunt, & propriis vestibus ut cognoscatur ab omnibus in opprobrium, induunt, Crucem in humeros illi imponunt, atque cum tubis, & tympanis ducunt illum per Civitatem, trudendo huc, illucque cum rabie solita. O animæ fideles est ne aliqua vestrum, ut possit intueri oculo fidei sponsum cœlestem in tantis angustiis, nec tamen fundere lacrymas? ubi ille vias perfundit sacro cruore: Si hoc non sufficit exprimere lacrymam ex oculis vestris, convertite oculos a filio ad Matrem: & videte afflictissimam V. Mariam: Ecce illa pergens post filium, lapides, quos ille perfudit sanguine, lacrymis lavat; luget Maria Magdalene, luget Joannes: sed Jesu Mater agonizat præ tristitia, suspirat, & prope expirat: clamando post illum, o Jesu dulcedo Matris, quam versus es mihi in amaritudinem? quis posset contemplari an graviora tibi, vel mihi amariora sint mundi peccata, quæ assumpsisti in te punienda? Consolare me, dulcedo mea, saltem Divino intuitu tuo retrospiciens. Duxerunt itaque illum tam crudeliter, & rabide, ut usque ad Calvariam, sub cruce ter ceciderit in terram. Tandem; *bajulans sibi crucem exivit in eum, qui dicitur Calvariæ locum*, inquit S. Joan. *ubi crucifixerunt eum* (Joan. l. c.). Ita, dilectissimi, nec respirare lassum permiserunt sufficienter; sed projecta cruce in terram, exuunt statim illum vestibus, quæ cum adhæsissent plagato corpori, non modo refricant vulnera, sed prope decoriant illum: Dein allisum crudeliter ad crucem, configentes clavis; & malleis percutientes, extendendo funibus ad foramina, manus ejus & pedes conclavarunt. Nescirem hic enunciare, chari fratres, clavine corpus filii magis, an sonus malleorum cor Matris, feriebant? sed quid mirum, quod cor Matris sonus hic amare feriebat, si usque ad altitudinem penetravit paradisi? Testatur propheta apocalypticus cessasse in paradiso omnes laudes, cæteroquin incessabiles: *factum est*, inquit, *silentium in Cœlo quasi media hora* (Apoc. 8. 1.). Ah! non erro non, si dico hanc medium horam, mystice posse intelligi illam, qua crudeles crucifixores occupabantur in extendendo, & conclavando cruci nostro Redemptore, omissis enim Angeli cantibus, ex paradiso, utpote ex loco, in quo lugere non est permissum, exiverunt in aera, ut impleatur prophetia illa: *Angeli pacis amare flebunt*. Cum autem eum conclavassent, cum dœmoniaca rabie attollunt crucem una cum Redemptore conclavato, & crudeliter in foveam paratam projicium, itaque concusso corpore vulnera reaperiuntur, & per crucem sanguis in terram stillare cœpit. Tunc perfidi Judæi ante crucem perambulando blasphemabant eum, & illi illudebant, quo quis turpius excogitabat, itaque impleta est prophetia, quam per os coronati Vatis locutus est: *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt* (Psal. 68. 27.), improperia, & blasphemias.

Crucifigitur Christus, ita crudeliter, ut malleorum sonus non cor Matris tantum, sed cæli penetraverit quoque.

Pendente igitur Domino in cru- 99

Christus petit veniam crucifixoribus. Paradisum promittit Latroni.

cruce, defluebat sanguis in terram, sed sanguis diversus a sanguine Abel, hujus enim vindictam cœlitus exposcebat, non sic sanguis Christi, sed veniam, exclamavit enim, *Pater dimitte illis*, hoc est perfidis tortoribus, & blasphemantibus. Audiens hoc latro, qui a dextris erat, illico credidit in eum, & pœnitens scelerum, confessus est ejus innocentiam, & suam nocentiam, dein clamavit: *memento mei, cum veneris in Regnum tuum*: Jesus, qui non optabat aliud, nisi fidem; non præstolabatur aliud, nisi conversionem; nec quærebat aliud, nisi pœnitentiam peccatorum & contritionem; versus illum conversus, serena fronte respondit: amen dico tibi, *hodie mecum eris in paradiso* [Lucæ 23. 33. 43.]. *Stabat autem juxta crucem Jesu, Mater ejus* [Joan. 19. 25.]: inquit S. Joan. Audiens igitur dolorosissima Mater, quod filius latronem sit consolatus; ingemuit, abundantius lacrymando, suspirando, & prope expirando præ mœrore: q. d. in afflictissimo corde suo: O Jesu, fili mi dulcissime, siccine Matris tuæ oblitus es? Latro iste, numquam aliud tibi bonum fecit, nisi, quod modo in te credidit, & confessus est tuam innocentiam, & tamen curas de illo, vocasque illum in regnum tuum: Ego autem, quam amanter te lactaverim, & enutriverim, ipse bene novisti, & non recordaris me consolari; Ah, fili mi, quis me consolabitur? Quos Matris clamores internos, cognoscens, dixit illi: *Mulier ecce filius tuus*, q. d. dilectissima Mater mea chariorem rem in mundo, post te, non habeo, quam dilectum discipulum Joan. qui apud te stat; ergo, pro tali quali consolatione, eum tibi trado in filium: Item Joanni eam commendavit: *ecce Mater tua*: Chare Joannes, amodo Mater mea sit tua Mater, consolare eam & custodi, ut melius scis, & potes. O Angeli! o Spiritus cœlestes, edicite vos, si valetis, amaritudinem afflictissimæ Matris in hac commutatione! ubi illi Joan. datur pro Jesu; discipulus, pro Magistro; filius Zebedei, pro filio Dei; creatura pro Creatore. Verumtamen dolorosa Mater Joannem acceptavit, & amplexa est, dicendo Jesu: Ah! fili dilectissime: Tu mihi dedisti, loco tui, filium; sed, proh dolor! ego non habeo, ut dem tibi, loco mei, Matrem; igitur Patri Æterno te, fili mi Jesu, commendo toto corde.

Stetere sotur afflitam.

Tunc Jesus dixit *Sitio*. *Sitio*, 100
nempe, adhuc pati pro copiosa redemptione peccatorum: *Sitio*, fidem in omnibus; *Sitio* conversionem omnium: *Sitio* contritionem peccatorum; *Sitio* salutem totius Mundi. Ah sitis tu Domine sitis dulcedinem peccatoribus; sed illi en amaritudinem fellis, aceto mixti, in spongia tibi propinant: *& cum gustasset noluit bibere*; sed majori voce exclamavit: *Eloi Eloi Lamma sabachtani*? (Mar. 15. 34.). Ad hæc verba plusquam exprimi potest, agonizare cœpit amantissima Mater dicendo: o fili mi quid hoc audio? ego te commendavi Patri cœlesti, & ut audio, ipse quoque te deseruit, & obliviscitur tui; sed si Pater te deseruit, non deseret afflictissima Mater: Ah! quis te mihi deponeret, ut in Materno sinu, & pectore expirares. Verumtamen non deseruit, ceteroquin, unigenitum suum Pater cœlestis, sed tam horrenda signa fecit, ut totus cognoscat Mundus, quis sit ille, qui patitur tormenta, & in cru-

Jesus sitit dulcedinem peccat. sed illi ei propinant amarit.

Digitized by Google

Signa horrenda Christo morienti.

ce moritur. Illico enim ac Jesus, clamavit: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me* [Matt. 27. 31.]: ecce sol obscuratus: ecce tenebræ per universum orbem, ecce scissum velum templi; ecce petræ quoque scissæ, monumenta aperiuntur, mortui plerique resurgunt, Leones rugiunt, boves mugiunt, balant oves, tremunt cuncta animantia; quorum signorum timore perculsi, ipsimet crucifixores, alii confitentur, dicentes: *Vere filius Dei erat hic homo* (Mar. 15. 39.): alii *revertebantur percutientes pectora sua*: esto (Lucæ 23. 48.), aliqui obstinati adhuc persisterent blasphemando, nec contriti, nec pœnitentes scelerum.

101 Tunc dixit Jesus: *Consummatum est*: q. d. quidquid scriptum est per prophetas de me, *consummatum est*: quidquid Pater imposuit mihi faciendum, *consummatum est*: amara Passio mea, Sanguinis fusio, & copiosa redemptio, totum *consummatum est* (Joan. 19. 30.). Tandem *disposui testamentum electis meis* (Psal. 88. 4.), quia reliqui Petro Vicariatum, Joanni Matrem: Ecclesiam sponsam meam cunctis recommendavi Apostolis, & discipulis: Latroni converso, & cunctis pœnitentibus promisi Paradisum: vestes reliquis militibus: Nicodemo, & Joseph ab Arimathea corpus sepeliendum: igitur o Pater cœlestis, totum, *consummatum est*: sola anima est mihi adhuc, quam, sicut a Te recepi, ita & reddo: hic valida voce dixit: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum*: & *inclinato capite emisit spiritum* [Lucæ 23. 46. & Joan. 19. 30.], inclinat caput moriens pro dando ultimo *vale*, suæ dilectissimæ Matri. Satisne est vobis, o peccatores? ecce Jesus sublatus est ab oculis vestris: *abscissus est de terra viventium* (53. 8): inquit Isaias, quiescatis modo in gaudio & lætitia; quia, quod quotidianis peccatis vestris concupiscitis, jam obtinuistis. Vos quoque quiescite paululum o animæ contritæ, Jesu sponsæ, compatiendo, & dolendo, una cum Maria Matre dolorosa, ejus filium, & sponsum vestrum in planctu, & lacrymis, donec ego quoque respirem. Deinde Jesum deponemus in sinum Matris, nil aliud.

Consummatis omnibus, & facto testamento Dominus expirat.

PARS TERTIA.

VIdens Mater Jesu afflictissima, quod filius ejus in amarissimis tormentis finiverit vitam suam, putabat, quod Judæi quoque finiverint in eum suam crudelitatem; ait Ipes illam fefellit, quia ecce noviter venit cohors militum, quorum unus crudeliter pectus ejus lancea aperuit; hoc dirum vulnus Jesus quidem non sensit, quia jam erat mortuus, verum dirissime, ictus hic, vulneravit cor Matris sub cruce, quæ intuebatur propriis oculis. Lugebat Joan., Lugebat Maria Magdalene, & aliæ piæ fœminæ: lugebant, inquam omnes, & suspirabant; sed Virgo Maria agonizabat, & prope expirabat, tristando, quia hora erat jam tardior, nec autem poterat illum deponere de cruce sepeliendum; nec inde divelli, relicto dilectissimo suo Unigenito noctu in cruce: Cum ecce audit iterum a parte Jerosolymæ, quempiam rumorem; & quosdam venientes: Oh quis considerare posset, qualiter V. Maria contremuit, & obriguerunt viscera ejus! putans perfidos ministros venire iterato aliquibus opprobriis filium ejus afficere; sicut & prius, quando lancea vulnerarunt: sed consola-

102

tus

tus est eam Joannes, dicens, noli timere dilectissima Mater mea, non est cohors non, sed veniunt amici nostri, ecce Nicodemus, & Joseph ab Arimathea cum servis, afferunt scalas, & cuncta necessaria, ad deponendum de cruce, & sepeliendum Jesum: quo læto nuntio audito, benedixit eis V. Sanctiss. dicens: Benedicti vos a cæleſti Patre, amici charissimi, qui recordati estis tantam misericordiam facere Unigenito filio ejus, & meo: Ah rogo vos, amici mei, deponite illum cito, & date in sinum afflictissimæ Matris, ut deturpatam ejus faciem divinam perfundam, & lavem meis lacrymis! Ecce apponunt scalas: sed rogo vos ego, o Nicodeme, o Joseph, expectate paulisper, non eum deponatis de cruce, priusquam in cruce conclavatum, & mortuum ego ostendam huic meo populo; forte enim non desſunt hic obstinati adhuc quidam peccatores, qui tam parum credunt Christum fudisse suum Sanguinem, quam nec lacrymam ex oculis adhuc fuderunt: tam parvipendunt eum expirasse, quam nec suspirasse pro suis peccatis, queis illum crucifixerunt, sunt commoti.

103 Si quis talis, Nerone neronior inveniris hic peccator: Ecce: *Respice in faciem Christi tui*, tui Salvatoris [Psal. 83. 10) *respice* faciem hanc Divinam sputis deturpatam, alapis lividam; *respice* caput spinis coronatum, pectus lancea apertum; *respice* in tribus clavis pendentem, & totum plagatum: Satne est tibi, o indurate peccator? Ah non est satis, non, jam cognosco, video enim te fremere, ad crucifigendum iterum hunc Christum multoties in posterum sceleribus tuis, & peccatis; idcirco te relinquo, o induratum cor, & impœnitens: Converto autem me ad vos animæ contritæ, sponsæ Jesu Christi, quæ mihi signa contritionis, & pœnitentiæ dedistis planctu vestro, & lacrymis, intueamini sponsum vestrum, Jesum, depositum in sinu afflictissimæ Matris, quæ lacrymis abluit vulnera filii sui, & faciem, clamando ore S. Jeremiæ: o sol justitiæ Christe fili mi, quam obscuratus es mihi! *Quomodo obscuratum est aurum* splendidissimum, *mutatus est color optimus* (Thren. 4. 1.), & decor faciei tuæ Divinæ! Cessat hic dolorosissima Mater præ nimia afflictione non valens clamare, quia vox illi defficit: Ast ego reassumo, cum Vate S. Zach. Te interrogans, o Jesu: *quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* Auscultemus, dilectiss. Fratres, auscultemus, quæso, quid nobis respondeat Dominus per eumdem prophetam; *His*, inquit, *plagatus sum in Domo eorum, qui me diligebant* [Zach. 13. 6.]: Væ! Væ! tristes nos! itane Domine redemptor noster? Ergo in domo diligentium amicorum, adeo crudeliter plagatus es? & nonne Ecclesia est Domus tuorum amicorum amantium: igitur in Eccles. catholica, in populo christiano, fidelium tuorum, ita plagatus es, & illi tibi inflixerunt sæva ista vulnera? Oh si scirem adesse hic aliquem tuum carnificem, Domine, ut illum ostendam toti huic populo, & Angelis, & rogem cœlestem Patrem, ut convertat in illum furorem suum, quo accensus est contra peccatores: Verumtamen expectate paulisper, auditores, cognoscam ego illum si quis fuerit hic talis, & ostendam.

Cum quis occisus noctu invenitur in platea, conveniunt mane plurimi, aliqui quidem ad inquirendum occisorem, & judicandum; alii ad complangendum occi-

Christū sibi in sinu depositum dolorosa Mat. deplorat.

odemi oſephi rimat. t.

oſtendi- trucifi-

101

Digitized by Google

occisum, & condolendum: quos inter, aliquando reperiuntur immixti ipsissimi occisores, ad cooperiendum scelus suum. Nihilominus expertus Judex, & prudens, si diligenter cunctos observet, facile illos poterit recognoscere; quia qui reus est sanguinis, dum est apud occisum, non potest totaliter abscondere, illam quamdam cordis palpitationem, corporis tremorem, faciei palorem, & oculorum absconsionem, atque aversionem: Sustinete igitur, quæso, ut ego circumspiciam undequaque, observans, si forte quispiam carnifex hic reperiatur hujusce filii Dei: (N.B. hic concionator, parum voce retenta, moderate giret oculis a sinistris ad dexteram, quasi scrutans cunctos: Dein statim): O cœli! o Angeli, væ me infelicem! quot, & quot video occisores hujus Christi, qui crudelius Judæis eum cruciarunt, contempserunt, & crucifixerunt; oh quot carnifices! ecce illi, si scire eos cupitis, nominatim eos ostendam. Tu fur & latro, tu avare, tu usurarie; tu es tu, qui pluries, non modo occulte, cum Juda vendidisti hunc Christum, furtis tuis, uxuris, & conquisitionibus iniquis & injustis; verum etiam palam sæpe, vi auctoritatis, quam habes ut superior, & major; aut vi timoris, qua comminaris, ut judex; aut vi injustæ distributionis in taxando, dum onus illius pauperis, qui non habet, quo te donet, aggravas, alleviando onus illius, a quo muneraris: vel tandem vi injusti judicii, strángulando, & suffocando subditos, orphanos, & pauperes, sanguinem eorum potans, & corrodens carnes: sed quid dico, suffocando orphanos, & pauperes? Dixerim, suffocando ipsissimum hunc Christum, Dei filium: ipse enim inquit, *quamdiu uni ex his fratribus meis feciſtis, mihi feciſtis* (Matt. 25. 40.).

Monstrátur in genere, seu in specie plurimi esse carnifices Christi pejores Judæis.

Tu autem, o *lingua inflammata a gehenna* (Jacob. 3. 6.): utor verbis S. Jacobi Apost. ignoras forte quoties pectus hoc Sacr. ut lancea, aperuisti murmurando, non modo contra proximum, verum etiam contra Deum ipsum, quasi nec ille juste tibi fecerit: quoties faciem hanc Divinam conspuisti contemnendo, non modo creaturam vivam, & mortuam; verum etiam creatorem, blasphemando animam; imo & fidem christianam, quæ continetur in mysteriis, unitatis Dei, & trinitatis, incarnationis Jesu, & passionis: quoties velasti faciem ejus, tacendo veritatem, falsitatem vero dicendo; & percussisti, vane jurando, imo & pejerando sæpe. Coronam hanc tu illi imposuisti o superbe, & spinis ambitionum tuarum, & jactantiarum caput ejus pupugisti. O Luxuriose, & tu forte non advertis, qualiter acrius Judæis eum flagellasti, impuris tuis cogitationibus, & desideriis; altius eis clamasti inhonestis tuis verbis, ut condemnetur; & crudelius ipsis crucifixisti, operibus & peccatis tuis carnalibus? Crudelius, inquam, hæc omnia fecistis Juda, & Judæis, crudelius: quia illi tantum semel, vos autem, Deus novit quoties hactenus, & ut video in posterum quoque nonnulli id decernitis facere, quia nondum signa contritionis seriæ ostendistis.

Numquid ego sum? [Matt. 26. 22.] incœperunt singillatim dicere Apostoli Christo, quando dixit illis, *unus vestrum me est traditurus*, & quidem turbati, ac trementes, hi qui justi erant: ubi tamen & impius Judas, non erubuit interrogare, an ille sit talis, cui Dominus respondit: *Tu dixisti*.

Digitized by Google

xisti. (idem l.c. ℣.25.) Ego non dubito, hic non deesse aliquem Judam, qui in corde suo cogitando dicit: quid ille concionator tantum clamat? cui illa alludit? quis nostrum est carnifex filii Dei? Ah lingua Judæ! *Tu dixisti*, tu fassus es te esse carnificem Jesu, non quidem lingua, sed peccatis tuis, & operibus iniquis. Novi adesse hic, & animas contritas, Jesu sponsas, quæ videntes eum occisum, & mortuum expavescunt, in corde suo, dicentes, ecce dulcis Jesus, filius Mariæ Virginis, noster autem sponsus, occisus est; væ tristes, ne simus nos occisores ejus, & carnifices! Ast, *nolite flere filiæ Jerusalem*, [Lucæ 23. 28.] solor ego vos, verbis Christi, vos estis veræ filiæ Jerosolymæ cælestis, quia signum contritionis præteritorum criminum, & boni propositi de cavendo deinceps, fletu & lacrymis mihi dedistis; itaque amodo non potestis dici vos occisores Christi, & carnifices. Verum tamen non deest hic, in hac ipsa Ecclesia saltem unus occisor, & carnifex hujus filii Dei: Scit ipsum Pater cœlestis, sciunt Angeli; mihi etiam bene notus est: Idcirco volo eum palam facere vobis quoque, ut Angeli, & vos omnes vindicetis sanguinem filii Dei in illo, furoremque Patris cœlestis a vobis, ad illum convertatis, nisi convertatur ipse quoque. Verum antequam illum propalem vobis, & tradam, auscultate unam pulchram historiolam.

Tempore Othonis Imper. Romani, quidam famosissimus latro nemora, & vias sanguine irrigaverat, a se occisorum; transitus occluserat; civitatesque vicinores, & Villas sibi tributarias effecerat: quod audiens Imperat. Otho decretum fecit, & publicavit, quod quicumque latronem hunc, aut vivum illi duceret, aut mortui caput afferret, danda essent illi aliquot millia aureorum: cumque hæc intellexisset dictus latro, illico transfiguratus vestibus, in persona, incognitus accessit ad Imperatorem, dicens: inaudivi quod V. Majestas appromiserit dare plura millia aureorum illi, qui famosum illum latronem duceret ante te, aut ejus occisi caput ferret, an vera sint hæc? Et si vera sunt, solum cupio videre aurum dandum, dein promitto tibi, o Imperator, illum vivum sistere hic ante te. Audiens hoc Otho, jussit ferri aurum, & monstrari ipsi. Tunc latro flexis coram eo genibus, lugens & lacrymans exclamavit: O invicte Imperator, si justitia uti volueris, ego novi quid promeruerim, ecce me ipsum trado in manus tuas, ego sum latro ille, quem cupis tibi adduci: quod si mihi misericordiam præstare volueris, quâ magis coronæ Imperiales resplendent, quam rigore justitiæ, etiam hoc potes: ego autem tibi constantissime promitto fore, non solum, ut numquam amodo redeam ad similia opera, verum etiam, ut pro possibili damna illata resartiam. Quibus Imperator motus ad misericordiam, vitam illi donavit, & aurum.

Dei: ad commovendum populum ad contrit.

Poterit hic Concionator cordam ad collum ponere.

Non quæratur igitur ultra occisor & carnifex hujus filii Dei, ecce vobis illum vivum cum fune in collo trado: Ego sum occisor, ego carnifex, ego enim sceleribus, peccatis, & vita mea irreligiosa, Deus novit quot vicibus, flagellavi, & crucifixi filium Dei: igitur, *vertatur manus tua contra me*, [2. Reg. 24. 17.] atque furor, o Pater cœlestis: Ego me reum esse fateor: & vos

o fi-

o fideles, vindicate ſanguinem filii Dei, lapidando carnificem hunc ejus, utpote vita indignum. Verumtamen: *qui ſine peccato eſt veſtrum, primus lapidem mittat* [Joan. 8. 7.] in me. Sin autem, dilectiſs. Fratres, omnes recognoſcimini participes occiſionis hujus, una mecum, & ſanguinis; tranſveſtitus quilibet in veſtes contritionis, & propoſito firmo, de non peccando deinceps, transfiguratus, genuflexus coram Imper. cæleſti, nemo erubeſcat plangendo, & lacrymando fateri una mecum, dicendo: O Pater cæleſtis, ego ſum, ego occiſor filii tui: ſi tu juſtitia uti volueris, novi bene quid promeruerim, novi cum S. Job, quod, *infernus domus mea eſt*, & *in tenebris ſtravi lectulum meum* [Job 17. 13.]; ſed, cum me mea ſponte vivum conſtituam ante faciem tuam, & juſtitiæ tuæ tradam; non eſt mihi deſperanda miſericordia, quinimo una cum vita, etiam aurum tuæ gratiæ, ſpero te mihi largiturum: promitto enim, non modo voluntarie me non rediturum ad ſcelera; ſed etiam quantum potero reſtituam offenſas, queis occidi multoties, & crucifixi dilectiſſimum filium tuum, pœnitentiis & operibus bonis. Peto igitur miſericordiam Domine, peto veniam. Ah peto, peto, ſed non mereor, non mereor ego equidem, meretur tamen Sanguis Divinus dulciſſimi filii tui, pro me fuſus: meretur vox illa ejus dulciſſima, qua clamabat ad te paulo ante, *Pater dimitte illis*. Dimitte ergo nobis miſericors Domine, & in bono propoſito nos robora hac benedictione, quam do huic devoto, & contrito populo ex parte tua Benedicendo omnes hic præſentes, & abſentes quoque, greges eorum, Domos, campos, cunctaſque poſſeſſiones, & negotiationes. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Digitized by Google

ISTO' SVIDOCSANSTVO IV.

SLAVO=BOSANSKI

O D

MUKKÆ ISUKARSTOVÆ PARVO'.

Iskazanje mukæ Isukarsta tarpæchega: i Mariæ Majkæ njegovæ xalæchæ: nakicheno gdigdi dilloreſtvi.

Et bajulans ſibi Crucem exivit in eum, qui dicitur Calvariæ locum; ubi crucifixerunt eum....
Stabat autem juxta Crucem Jeſu, Mater ejus. Jo. 19.

I noſæchi ſebi krix izáge na ono, kojeſe zove Kalvariæ, miſto; gdi propæshe gnega.. á ſtajáshe kod krixa Isuſova, i Mati gnegova.

207 STrashno çuddo, çudnovata ſtrahota, uczviljeno pogledanje, bolíezno promishljanje; neveſello dillo, ſtvar nemilloſardna: i doſtojna opplakatiſe dojſto gorkim plaçom, ſuzam groznim, i vellikom xalbom; ukazujemiſe prid oçí danas, ó slishaoci i Bratjo Bogoljubna. Vidimbo okom od virræ u proſvitljenju S. Ivangelia, vidim sína na krixu, Teh sína jedinoga, vidim Majku pod krixem, teh Majku ſirotu. Sín na krixu od mukæ izdishæ, Majka pod krixem od jáda uzdishæ. Onom vrutci karvi, niz krix, iz ránah sniodæ: ovoj potoci ſuzah, niz lijce, iz oçiuh izodæ; ſavisheboje ranjeno tílo ſinka na krixu, al nishta manje i sarce Majkæ pod krixem. Ah kakoje priblidila ruxica rumena od Jerika, Maria, the venne; gledajuchi gdijoj czvit poljskí, ISUS, visí na krixu, the sanne! Ilíu texxæ muke ovog na krixu, il gorçiah xaloſt one pod krixem; javam nebi znao kazat, ó slish. poljubljení. Elle znamvam ovó rechi, brez privaræ, daſu jedne i drughe neizmirne, nashom pametju, i jezikom neizreçene. Zashto: *Dominus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum*: Svi znademo, bratjo moja, daſu gríſi svega svieta neizmirní, i neizreçení: i pák, Goſpodin Boog,

Muka Is. i xaloſt Mat. njegove, ne doſtegnuta od nas.

Digitized by Google

Ottac njegov Nebeski, postavioje, velí Isaia prorok, postavioie nepravde sve nashe na njega, i ottioíje ú njemu pokarati; odkud, kako svidoçí istí prorok, *ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra*: on, velí, rannjen jest za nepravde nashe, satren jest za oppaçine nashe. Znademo takoger daje vellicina morskah neizmírna, í ne dosegnutah, tollikosu i xalosti Majkæ Isusovæ pod krixem: zashto velí Pror. S. Jeremia: *Magna est velut Mare contritio tua*: Vellikaje kako more xalost tvoja, ó Mario.

S'razlogom dakle jedno i drugo, po usta istoga Proroka, vappiuh: *o vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus*! o ví svi, koj proodite po putí, náshtojte, i viddite: vapie Isus skrixa: odite, nashtojte, i viddite, jeli igdi na svítu mukka, kokvanoje mukka moja na krixu? Oddite, vapie Maria iz pod krixa, náshtojte i viddite, jeli igdi xalost, kakvanoje xalost moja pod krixem! Ah! vidim, Isuse slatkí, vidim s'okom od virræ, da takí múkah niti imah, nit moguh biti nigdi, vech ako ú paklu: Sada poznajem, sada, dasæ izvrshitloonó proroçanstvo, shtosi prorokovao po Davidu; govorechi: *Dolores inferni circumdederunt me*: mukke paklene oba strlesu mene. Poznajem takoger Majko Isusova pod krixem, poznajem i ispovidam s'Jer. prorokom; daje *vellika kako more xalost tvoja*. Ali koga, slatkí Isuse, s'krixa; kegali, uçviljena Majko, iz pod krixa, koga, reko, tho zazivate, da pogledá, i davas oxxali? Ako ví zazivate sva ostála stvorenja izvan çovika, zakog tarpite, evo svakollika pripravna; svabo poznájuh stvorenja, daje stvoritelj njiov, koise muçi na krixu; i daje njiova krallica, kojase pod krixem xalosti: Sva stvorenja tho, ó Mario Majko, bolieznа, sva stvorenja ispoviedajuh tugujuchi tugovanjem, kakvim koe more i umie. Tugujú Angeli plaçom, nebesa tavnostju, sunce pomarçanjem kamenje raspadanjem; zemlja strashnom treshnjom, Czarqua solomunova razorenjem; grobovi ottvorenjem, martvi uskarsnutjem; á xivíne svekollike çudnovatim strahom, bukóm, i dartanjem: Sam grishník, ó Isuse, za koga izdishesh; sam çovik, ó Mario, za koga uzdishesh, onje sám tvargih od kaménja, od nerazloxitie xivínah nespoznannihi, á od laavah xeshchih, í vragastih; on ne samo ne plaçé, niti uzdishé; neskrushujese od griha, i nekajæ; nego joshter rékí, i pojekujæ, da i onom na krixu ranne povrídí, i onoj pod krixem xalosti, s'oppaçinam svoim i grísi, i unapridak uzmloxah. O tvardí sardácah!

Svako stvor. zali Isusa iMariu, izzas gov. grisbe.

Kvamse dakle obracham, ò dushe skrushenæ, zaruçnice Isusove: i vas zazivam da igemo na kalvariu, poljubljenom zaruçniku ranne, suzzam nashim, oprati, i uczviljenu Majku njegovu uttishiti, i razgovoriti. Al nepoznajuchí sada jah, ovdí, kojisu ottvardnuti ú oppaçina grishnici, kojelisu dushe skrushenæ, zaruçnice Isusove; svevas, s'Isi. Pror. zazivam jedne i drughe, *venite ascendamus ad montem Domini*: odite, da uzagemo na bardo gospodinovo na kalvariu, ondibochiu poznati lasno, i razabrati jedne od drughí: zashto, *omnis populus ejus gemens*, vasje púk njegov plaçuuchí, velí reçení prorok: kako rekavshi, svaká dúsha skrushená, ovçica sladda Isusova, i pravovirní od

108

Svi virni zazivajusi na Kalv. za razlucitise i poznat s'Krixbeni, od otturán.

pú-

Digitized by Google

púka njegova, necheſe ſtídit súzah proliti, i súczviljenom Majkom svojom glaſſovito zaplakatí. A' ví, ó grishnici otvardnuti, kojſe nepokajete, súzah neproliete, i gorko nezaplaçete: ako ne, zaradi mukæ Iſuſove, uz Mariu, barem zaradi griha vashí, i oppaçinah, dachetemi oçito zlamenje, da ví niſte dushe skrushenæ, zaruçnice Iſuſove, niti ovçice od ſtadda, i pravovirní od púka njegova. Vechibo rázlog imam jah danas rechi, negoli njegda Moſie púku Izraelskomu: *omnis anima, quæ afflicta non fuerit in die hac peribit de populis ſuis*: svakah dúsha, koja neozaloſtíſe ú dán oví, poghinuche iz púka svoga. Oddimo dakle, Bratjo, svikollici ú Jeruzolim, za odpratit Iſuſa, i Mariu do kalvarie, thevi s'okom od virræ, i promishljanja pogledajte, dokvam jah s'parſtom od jezika ukaxem, koigod dijlak od mukæ onog na kríxu, i xaloſti onæ podkrixom.

Al kako? poçekajte mallo, molimvas: Evoſe mi dixémo na ovi pút duhovní, a nemiſlímo od brashna! valjanam, bratjo, traxiti i pripraviti brashno duhovno, od pomochi i pokripljenja, da ne ſuuſtanemo. Ali dogovorimoſe, i ſvitujteme gdichemoga naachi, i iſproſiti; Jah kudgodiſe okrenem muçnoſt naodím, i zápriku: zashto, akoſe obracham k' Ocu nebeskomu, tollikoga vidim uvrigena oppaçinama nashim i gríſi, kollikoſe kajæ, dae çovika ſtvorio; i ſtrahovárim glaſom garmi, *delebo hominem, quem creavi a facie terræ* porázichu, velí, i dignuti ſa zemljæ, çovika, kogaſam ſtvorio. K' Majci nashoj od milloſti, Marij, bia poshao, alme ſuſrite Prorok s. Jeremia ſuze prolivajuchi, i vellí, da nie vrimena, zashto oxaloſchena plaçe i dan i noch: *& non eſt, qui conſoletur eam ex omnibus charis ejus*: nitiju more nitko utishiti od sviuh nje priatéljah. Mislioſam utechiſe k'duhovom nebeskím, prijateljom nashim inaçie i ſtraxanom, Angelom; Alſe ſpominam daje ovo ono vrime, ú koje, po proroçanſ. Iſaie s. i oni imaduh zabavvitiſe ó xaloſti plaçuchi, govoribo, *Angeli pacis amare flebunt*, Angeli miera gorkochæ plakati. Akobiſe utekao k' Apoſtolom, neznam ni gdiſu: zashto; *fugerunt omnes*, sviſu uttekli, veli s. Luka: svitujteme dakle, kudachiuſe okrenuti?

Al eno: o sriche nashæ: *Vexilla regis prodeunt fulget crucis myſterium* barjak kraljev izodí, ſievah kríxa ottajſtvo. Eno poſtelja, Bratjo, blagoſovljenah: *qua vita mortem pertulit, & morte vitam protulit*, nakojoj xivot, tojeſt Iſus, tileſnu smart podneſe, i ovom smartju nam duhovní xivot izneſe. Ktebiſe dakle obrachamo, o uzvishenò darvo, i blagoſovljenó. Tiſi, tí kljuç rajski, i veſelje druxbæ nebeskæ: pokripljenje slabí, i razlagenje umorní. Od tebe dakle, o jedino uffanje sviuh pravovirni, za oví pút, brashna od pomochi duhovnæ, ponizno proſsímo. Ktebi zajedno s'Bernardinom s. vapíemo: *Krixu buddi utoçishte nashe i snága. Robora vires noſſras virtutibus tuis*: pokripi mooch jezika moga, da naviſtim ſpodobno púku ovomú, i muku Iſuſovu, i xaloſt Majkæ njegovæ. *Illumina mentes noſtras ſplendoribus tuis*: Proſvitli pameti devotoga púka ovog svitloſtju tvojom, da poznade, i tegobu griha svoí, i xeſtinu muukah Iſuſovi, i gorçinu xaloſti Marinie. *Inflamma cor noſtrum ardoribus tuis*: uxgaj ſarce nashe vruchi-

109 *Ovdiſe iznese ſpriè pripovidaocem.*

ú vrime muke kríchnoſe Kristovih.

Digitized by Google

nama tvoim, da korisno proplaçemo svi, s'Majkom Isusovom. Tote svesardo mollimo, toh od tebe vruche prosimo: zatotise ponizno klanjamo, i ljubkote svi pozdravljamo, govorechi. Zdrav krixu prisveti, smartnah posteljo spasitelja svega svita, bollestih punna, gospodin propeti biche danas na tebi. O posteljo darvenah, blagosovljena ti meggiu svim planinskim darvjem i poljskim; i blagosovljen plod za propetise na tebi, Isus. Sveta posteljo molli zanas sad, i ú vrime smarti nashe. Amen.

DIO I.

tissimum: omnium utilium, nobis utilissimum: omnium tristium, diabolo tristissimum: & omnium mirabilium, Angelis mirabilissimum. Cumque tandem optatum hoc tempus advenisset: *Cum dilexisset*, inquit Apost. S. Joan. *cum dilexisset suos, qui sunt in mundo in finem dilexit eos*: (Joan. 13. 1.) unde more invicem ardentes diligentium, qui dum distanter separantur solent mutuo relinquere aliquod donum pro recordatione, & in signum amoris: Sic Salvator noster, in ultima cœna se ipsum vivum nobis, in SS. Eucharistia relinquere dignatus est pro memoria infiniti sui amoris, dicens: *hæc quotiescumque feceritis in mei memoriam facietis* (Lucæ 22. 19.). Secundo pro cibo spirituali, dixerat enim, teste eodem Apost. S. Joan. *Ego sum panis vivus*. [Joan. 6. 51.] Tertio quia erat medicus, curans infirmitates nostras spirituales, more peritorum medicorum, qui non modo infirmum curant, sed etiam discedendo relinquunt aliquod medicamen præservativum, ita Dominus noster voluit idem Ss. Sacr. & medicinam nobis fieri. Tandem cœna, omnibusque hisce completis Mysteriis: *Hymno dicto*, imo ut vertunt alii, *Cantato exierunt* [Marc. 16. 26.], ad significandum quanto cum gaudio ad hortum properat Gethsem. Ecce N. hactenus audistis, quam pungenter, & acute eum vulnerarat, a mundi exordio lancea amoris: permittatis me pauxillum respirare: deinde sequemur Dominum in hortum Gethsem. insuituri, quam crudelius vulnerent aliæ duæ, quæ ibi illum expectant.

Christus in hort. se recipit, pro oratoria, & meditatoria.

PARS SECUNDA.

POST cœnam, in qua, ut diximus, clementissimus Dominus noster, nobis reliqvit Divinis. & mirabile Sacr. corporis sui, & sanguinis, tam in amoris memoriam, quam pro cibo spirituali, & medicamine: actis gratiis Patri suo cœlesti, quia jam hora, adeo optata a se, venerat: *Egressus est*, inquit S. Evangelista, *cum discipulis suis, trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse, & discipuli ejus* (Joan. 18. 1.). Ita N. introivit in hortum Dominus Jesus, ut sicut in horto Paradisi terrestris infelicitas nostra, mancipatus, & infirmitas incepit; ita in hoc horto Gethsem. incipiat felicitas nostra, redemptio, ac sanitas. Gaudete igitur, & lætamini piæ animæ, sponsæ Jesu Christi: gaudete, inquam, & lætamini, quia si infirmæ estis, en medicus, si in mancipatu hostis, en redemptor, mox effundet medicinam, mox numerare incipiet thesauros, margaritas, & lapides pretiosos Divini sui sanguinis ad sanandum vos, & redimendum. At expectate paulisper! Ego quidem ad gaudium vos excito, sed ecce audio aliquem in eodem horto Gethsemani clamare voce nimis lamentabili: *Tristis est anima mea usque ad mortem* (Marc. 14. 34.): expectate, quæso, ut interrogem Apostolos, quid hoc? cujusque sit vox? ne inopinato quidpiam acciderit dilectissimo Jesu, nostro Redemptori, quia ille hortum ingressus est, cum Petro, Joanne, & Jacobo, interrogemus ergo hos, Petre, Joannes, Jacobe, audistis vos hanc vocem in horto? Dicitote, supplico, quid acciderit, & cujusnam sit hæc

149

Jesus gratanter festinat in hortum, sed ibi tristari incipit.

Digitized by Google

vox lamentabilis? Oh triſtia novalia! vertendum eſt, dilectiſſimi, nobis gaudium, ad quod vos incitabam, in lacrymas, & luctum, tam enim triſtia habemus novalia ex horto Gethſemani, quam præ triſtitia, nec reſpondere valent mihi dicti Apoſtoli; reſpondet tamen pro illis Evangeliſta S. Marcus, vocem certo eſſe Jeſu Redemptoris noſtri; quia ſtatim ac hortum ingreſſus eſt, *Cœpit pavere*, inquit, *& tædere*, [Marci 14. 33.] & deficiendo quaſi præ dolore & pavore, ſola hæc verba vix protulit: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*. O lugubrem mutationem! o triſtem transformationem! o hortum mirabilem! o inopinatum caſum! Ubi putandum erat, ut Jeſus inveniat in horto flores jucunditatis, ibi manſit eum lancea turbationis; ubi guſtanda erat illi dulcedo fructuum, ibi amaritudine cor ſuum repletur: ſperabam ego, N. fore ut in hoc horto duplicetur lætitia Salvatoris, quia illum læte quærebat, lætiuſque ad illum feſtinabat; ſed ecce video, quod eum ibi turbatio ſit præſtolata, & mœror. Ah! horte Gethſemani, horte crudelis & amare! quis fore putaſſet, ut ſol juſtitiæ in te tam obtenebretur? aurum cœleſte tam obſcuretur? gaudium terreſtre tam turbetur, atque contriſtetur? Quis fore putaſſet, ut fortitudo noſtra & intrepiditas in te tam infirmitetur, & expaveſcat? & tamen, tam hæc vera ſunt, quam ab Evangelio teſtificata dicente: Jeſus ingreſſus in hortum Gethſemani: *Cœpit pavere, & tædere*, & ad diſcipulos dicere: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*. Cum igitur non poſſimus hæc non credere, dilectiſſimi FF. progrediamur examinare cauſas tanti pavoris, triſtitiæ, & amaritudinis.

Triſtis metamorph. in horto Gethſem. in quo incipit crudelit. vulnerare ſecunda lancea.

Et quidem, ſi attentius conſideremus loci hujus, & temporis circumſtantias, omnem depoſituri ſumus admirationem: quia ſi hactenus vulnerabat eum lancea ardentiſſimi amoris, vulnus illud ſuave erat, & dulce: verumtamen in horto Gethſemani illum excepit frigidiſſima, & gelida lancea ingratitudinis; cujus lanceæ, ut vim & amaritudinem aliqualiter cognoſcamus, ſciendum eſt; quod Jeſus Dei filius, eſto præviderit, atque ſciverit, & ab æterno ut Deus, & ab ipſo momento conceptionis ſuæ & incarnationis, ut homo, omnia tormenta, quæ erat paſſurus, cunctamque ingratitudinem hominum, ſuo pretioſiſſimo ſanguine redimendorum, qua illum erant cruciaturi uſque ad finem mundi ſævius, quam Judæi, militeſque Pilati in flagellando, & crucifigendo: ita ſane ipſemet olim prænuntiaverat per David dicens: *dolor meus in conſpectu meo ſemper* (Pſalm. 37. 18.). Nihilominus uſque ad illud tempus numquam adeo conturbatus fuit, contriſtatus, atque timore perculſus: & ratio eſt, primo, quia ante eminus illa proſpiciebat, tunc autem cominus intuebatur: ſecundo, quia ejus humanitati prius tam clare ſicuti tunc in horto, numquam oſtenſa fuere: tertio, quia humanitas Chriſti, uſque ad illud tempus, ab ejus divinitate magis confortabatur; ubi ea nocte, in horto Gethſemani, quaſi totaliter fuit deſolata in infirmitate ſua, niſi quod vita fuſtentabatur, ut plura tormenta, & acerbiora ſuſtinere valeat. Auſcultate igitur N. clarius, unde tanta amaritudo, pavor, atque triſtitia in cor & animam Chriſti confluxerint tunc in horto, cum cœpit, *pavere & tædere*, tandemque ad diſcipulos.

150

los clamare, *triſtis eſt anima mea?*

Cum decreviſſet juſtiſſimus Deus mundum redimere per unigenitum filium ſuum Jeſum, noſtraſque iniquitates & ſcelera in eo punire: volens, ſicuti per David olim prophetaverat, ut fieret, *copioſa apud eum redemptio*, & omnium noſtrorum delictorum punitio: non modo eum pati voluit acerbiſſima tormenta in corpore, verum in anima quoque amaritudinem, & triſtitiam tantam, quanta excogitari major non poteſt. Quo circa omnia illa, quæ antea Chriſtus ut homo, eminus aliqualiter præviderat, tunc illi in horto Gethſemani ob oculos fuerant poſita, & oſtenſa clare intuenda: unde ingreſſus in hortum, & proſpiciens per tenebras noctis, ut in lucidiſſimo ſpeculo clariſſime aſpiciebat unum ex propriis ſuis diſcipulis ſe jam vendidiſſe, aſpiciebat eum inſtruere cohortem & milites ſe caute capturos, parari catenas & funes queis erat ligandus, columnam ad quam, & flagella quibus crudeliſſime flagellandus, pungentiſſimarum ſpinarum coronam capiti ſuo imponendam; ſententiam iniquam, qua injuſte erat ad opprobrioſiſſimam mortem damnandus; graviſſimam crucem, ſibi uſque ad Calvariæ montem ferendam; immites Clavos ferreos quibus ibi, eidem cruci erat conclavandus: verbo dixerim: aſpiciebat clare percuſſiones, tractiones, conſpuitiones, tormenta, & opprobria cuncta, quæ uſque ad Calvariam, & in Calvaria uſque ad expirationem erat paſſurus: interim autem, ut diximus, divinitas Chriſti humanitatem deſolaverat in infirmitate naturali: igitur quid mirum N. quod Chriſtus, ut homo mortalis, tantis circumdatus terroribus, *cepit pavere, & tædere?* Natura enim etiam placidiſſimam exhorreſcit mortem, quanto magis adeo horrendam?

ruſa pa-nis, & a-ritudinis riſti, Phy-e, ſeu na-ralis.

Hæc dicta, repleverant quidem amaritudine, & pavore inferiorem dumtaxat partem Salvatoris, cor nempe & corpus: at vero quod ſuperiorem ejus partem, ſeu animam & mentem ſumme afflixit, non erat tam pœna corporalis, quam lancea gelida ingratitudinis redimendorum, quæ crudelius multo vulnerabat: contemplans etenim, in lucidiſſimo Divinitatis ſuæ ſpeculo, totum genus humanum, quod redimebat, ecce videt tam copioſæ ſuæ redemptionis admodum fructum tenuem: quia ubi ipſe olim invitaverat unamquamque animam fide ſibi deſponſandam, dicendo: *Veni ſponſa mea, veni coronaberis*: videt fore ut, præ multitudine infidelium, paucæ ſint ſponſalia ejus complexuræ, atque eum pro Redemptore recognoſcituræ, & ſponſo. Si denique oculos vertit ad ſolas fide ſponſandas, in his etiam ingratitudinis lanceam ſe manere intuetur, quia videt has quoque cruciaturas ſe peccatis ſuis ac ſceleribus, uſque ad mundi conſummationem: Quinimmo plurimas videbat, quod lege ſua, & præceptis conculcatis, ac dorſo ſibi, ut ſolet adultera ſuo ſponſo, verſo, ſint curſuræ ad perditionem per carnales, & mundi concupiſcentias: unde videbat fore ſalvandorum numerum puſillum, ingentem vero damnandorum. Intuendo igitur ex parte ſui redemptionem tam copioſam; ex parte vero redimendorum ingratitudinem adeo enormem; & gelida hæc lancea ingratitudinis ſuperando paulatim, & extinguendo flammeam illam amoris, tantum amaritudine illum replevit

151

Cauſa triſt. Chriſti in horto, myſtica, ſeu moralis.

vit atque triſtitia, quantum compulſus eſt exclamare: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*: Quaſi dicat: tantum violenta triſtitia repleta eſt anima mea, quantum ſufficeret ſeparata ea à corpore mortem mihi inferre, ni vita ſupernaturaliter fuſtentaretur, ut majora tormenta perpeti valeam.

152 Tandem vertit oculos ad dilectiſſimos ſuos diſcipulos, ſi forte vel in eis inveniret conſolationem: ſed proh dolor! in eis quoque evibrata ingratitudinis lancea ipſum manet: nam ubi cum illo deberent vigilare in tanta neceſſitate, uti illis recommendaverat & juſſerat: ecce illi neglecto divinissimo Magiſtro obdormivere: intuetur corda eorum, & videt diſpoſitos, cum primum venerit cohors & ſe ceperit, ut relicto ſe, omnes fugiant. Videt inſuper Petrum ſe negaturum jurando, & anathematizando, quod nec cognoſcat Jeſum. Aſt quod ſumme afflixit Jeſum, & vulneravit, eſt Judæ deſperatio: intuetur enim Jeſus cor ejus cum diabolo colligatum, & videt eum contempturum Divinam ſuam miſericordiam deſperando, quaſi eſſet majus peccatum ejus proditionis, quam clementiſſimi Magiſtri miſericordia! Hoc ferre non potuit, quin exclamaſſet per David in ſpiritu: O Juda, Juda diſcipule ingratiſſime, *ſi inimicus maledixiſſet mihi*, ſeu miſericordiam meam contempſiſſet deſperando ob peccatum, *ſuſtinuiſſem utique*, *ſed tu*, o Juda, *qui dulces mecum capiebas cibos* [Pſal. 54. 13.], qui enutritus es cœleſti mea doctrina, in qua vos docui non ſepties, ſed ſeptuagies ſepties, ideſt, toties quoties pœnituerit peccatorum condonandum. Novi ego, o Juda, humanum eſſe & infirmitatis peccare; ſed diabolicum eſt, & ſuperbiæ in pecc. obdurari, ac deſperare de mea miſericordia. Hæccine didiciſti, o ingrate diſcipule, in ſchola mea? Hæc gelida lancea ingratitudinis, ex integro quaſi ſuperavit, atque extinxit illam igneam amoris, idcirco Jeſus, *cœpit pavere, & tedere* paſſionis: unde avulſus à diſcipulis, & procidens in terram, tertio jam, inſtantiſſime rogabat Patrem cœleſtem, ut paſſionis ejus decretum retractetur, dicens: *Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte* [Matth. 26. 39.], calix nempe paſſionis mihi appropinquantis.

Lanceam ingrat. etiam diſcip. vibrant in divinis. Magiſtrum, ſed præſertim Judas, deſperando.

153 O Jeſu conſolatio noſtra & gaudium, quid eſt hoc, quod audio nunc a te? ubi eſt intrepiditas tua, qua ad campum hujus horti petebas? ubi amor ardens, & deſiderium, quo hunc calicem paſſionis præſtolabaris? qualenam gelu extinxit flammam amoris tui, & deſiderium, atque ſuſtulit intrepiditatem tuam, ut exhoreſcas modo excipere tertiam lanceam, ſeu tormenta? ut tædeat te hunc ebibere calicem? ſed rogas Cœleſtem Patrem, *tranſeat?* vel non advertis, o Domine, quod ſi hunc rejeceris, actum ſit de nobis? jam in mancipatu regis inferorum per ſæcula ſumus remanſuri: quia te deſerente, Angeli quoque nos deſerunt; Dæmones accuſant, Pater tuus cœleſtis gladium juſtitiæ vibrat: porro ad devorandum nos, *infernus dilatavit os ſuum abſque termino*: itaque miſera natura humana, quam tu quoque in utero Virginali deſponſare ſuiſti dignatus, conſtituta inter infernum apertum, & clauſum cœlum, triſtis trepidat, dum te audit clamare, *tranſeat*: Ah! unice Redemptor noſter! *tranſeat* per te, non quod a te, *tranſeat*: inclina miſericordes oculos tuos, & vide: *Ecce quem amas infir-*

Humilitas flentis in Chriſtus pro acceptando ſic paſſionis.

infirmatur; [Joan. 11. 3.] homo, imo mortuus spiritualiter jacet in sepulchro peccati: Tu cum tristes & plangentes vidisses sorores Lazari mortui misericordia motus eum resuscitasti: estne ergo possibile, o Redemptor clementissime, ut postquam attulisti thesaurum sanguinis tui, retineas illum, relinquendo nos miseros plangentes in catenis, in mancipatu, & in umbra mortis per cuncta sæcula?

154 Videtur mihi Christus ad hæc olim respondisse nobis, per Vatem suum S. Davidem dicens: *Quæ utilitas in sanguine meo?* [Psal. 29. 10.], quasi dicat: si agricola plantat vineam, dulces uvas percipit; si excolit colonus terram, confert illi omnigena grana; si hortulanus hortum rigat, lachana reportat, si navigat mercator mare, cum lucris domum repetit: in fusione autem mei sanguinis, cujus unica gutta sufficeret ad mille mundos redimendum, *quæ utilitas?* Video quod pauci mihi erunt grati, pauci per semitam salutis mandatorum meorum gradientur; imo hi quos redimo me contempturi, & amarius sceleribus suis, post tam grande beneficium sunt crucifixuri, itaque, *pauci sunt electi*; [Matth. 22. 14.] *quæ utilitas in sanguine meo?* hæc ingratitudinis lancea, tam crudeliter me pungit, ut illam amoris, & desiderii patiendi pro homine infirmet.

155 Dum hæ duæ lanceæ pugnant invicem in Redemptore, prima, scilicet amoris, urgens ad acceptandum calicem passionis, secunda vero, seu ingratitudinis, ab eodem retrahens; & quidem hæc superando paulatim illam, eum adeo infirmaverat, atque ardens desiderium ejus patiendi extinxerat, ut tædere cœperit passionis, & persistere orando: *Pater, si possibile est transeat a me calix iste.* Misertus est super eum cœlestis Pater, unde ad confortandam humanitatem ejus infirmatam, misit unum ex inflammatissimis Seraphinis: *Et apparuit Angelus confortans eum* (Lucæ 22. 43.): inquit S. Evangelista; hic, ut doceor a DD. fuit S. Gabriel Archan. quia ille, *fortitudo Dei dicitur* [Gregor. Papa homil. 34. in Evang.], qui adorata ejus Divinitate, confortavit humanitatem his, aut similibus verbis. O glorioſe Rex noster, suspice Regnum tuum cœleste, quantas sedes habet vacuas! O Redemptor generis humani, respice humanam naturam sponsam tuam in captivitate diaboli! O miles invictissime, inspice Luciferum gloriari superbum! Ad te spectat Domine, cœlorum sedes implere, sponsas redimere, & Luciferum regem inferni victum humiliare, ac conterere; at ni tertiam lanceam, nempe tormentorum exceperis, hæc non perficies. Dura est utique & crudelis lancea ista gelida ingratitudinis, quæ cor tuum, & mentem torquet; cum videas te ex post a redemptis sævius cruciandum ingratitudine, & peccatis, quam in præsentiarum a Judæis: cum videas paucos gressuros per viam mandatorum tuorum ad salutem, plurimos vero per viam scelerum ad damnationem: sed nonne dixisti Apostolis tuis; te esse pastorem bonum, qui relictis nonaginta novem ovibus in deserto, vadit ad inveniendam unam perditam? Num igitur extinguet ignem amoris tui erga humanum genus hoc, quod multi, post tam copiosam redemptionem, sint futuri ingrati, & idcirco perituri? Cogita, quæso, invictissime miles, & clementissime Redemptor gene-

Christus confortatur ab Angelo.

ter. Tosa Christi resp.

Digitized by Google

generis humani, quod esto plurimi ingrati sint damnandi, sua culpa, tamen multi etiam salvabuntur tua redemptione; itaque nostræ sedes cœlestes implebuntur: miserere ergo, Rex noster, hominum fratrum tuorum, quorum naturam & carnem assumpsisti, & desponsasti; ac redime eos, accepto isto calice amarissimæ passionis.

156 Tanta hujus confortationis fuit virtus, quanta inflammavit denuo lanceam amoris, quæ convalescens, prævalere cœpit lanceæ ingratitudinis, omnemque timorem propellere: at tunc primo horrendum eas inter factum est prælium in corde nostri Redemptoris. Vidistis forte sæpius, quod dum ferventissimo butiro, aut sevo frigida miscetur aqua, cum magno fragore extra patellam ebulit? Ita profecto cum reaccensa amoris lancea Redemptorem traheret ad acceptandum calicem passionis, lancea vero ingratitudinis retraheret, timorem conservando, nec volens cedere, sic pugnando invicem, ecce sanguis, qui in corde ejus congelatus erat timore, amore regelatus & factus fervens, posito Domino in agoniam ebuliit ad sudorem, penetrando, non modo pellem, sed vestes quoque; unde, teste Evangelista: *factus est sudor ejus tamquam guttæ sanguinis decurrentis super terram*. [Lucæ 22. 44.] O cruentum bellum! o lanceas acutas! Nihilominus cum tandem lancea amoris superasset ex integro, illam ingratitudinis, timoremque totum propulsasset; illico Jesus lætus, & intrepidus, tertio redit ad discipulos, & esto eum manserit ibi iterum lancea ingratitudinis, quia non vigilantes & orantes uti recommendaverat, sed dormientes eos reperit; tamen de redemptione jam cogitans, non de ingratitudine eorum, suaviter excitans illos, inquit, *surgite eamus, ecce appropinquavit, qui me tradet* [Marci 14. 42.]. O mirabilem vim amoris! Auscultate fideles animæ, sponsæ Christi, auscultate inquam, & lætamini, *surgite*, inquit, *eamus*! quasi dicat, tam violenter pungor lanceæ amoris, & trahor ut citius hom. redimam, quam tertiam lanceam tormentorum, nimis lente venientem præstolari non valeo, eamus ergo ad quærendum illam, illique obviandum: tantum enim roborata est, & animata lancea amoris mei ardentissimi, quantum nec sola ingratitudinis eam extinguet, nec superabit una cum illa, quam secum ducit tormentorum, quin redimam fratres meos, & sponsas; idcirco pro signo hujus veritatis jam apertis venis cœpi fundere gemmas sanguinis mei, ut citius pretium redemptionis numeretur.

Sang. sudat Christus ob cruentum bellum inter duas lanceas &c.

157 *Adhuc eo loquente ecce turba, & qui vocabatur Judas, unus de duodecim, antecedebat eos* [Lucæ 22. 44.]. Auditisne N.? antecedebat turbam, & milites capturos Christum, & cruciaturos *Judas unus de duodecim* charis ejus Apostolis, quem nutrivit in schola sua doctrina salutis, quem paulo ante in cœna propria carne sua sacramentali cibavit, & potavit sanguine: hic idem discipulus ingratissimus, vendito Divinissimo suo Magistro, ducit cohortem, eum illis traditurus: o quam acutam excepit Dominus iterum hanc lanceam ingratitudinis! At modo non sola venit, sed assumpto adjutorio tertiæ, tormentorum, scilicet, & ludibriorum; famelici enim cædis ejus & necis, appropinquabant caute. Quia tamen lancea amo-

ris

Digitized by Google

ris tam erat roborata, ut neutram expaveſcat, imo impatiens tarditatis, *Jeſus proceſſit*, obviam illis, & *dixit*, *quem quæritis*? (Joan. 18. 4.); & intelligens quod quærant Jeſum Nazarenum, ultro ſe ipſum offerens, inquit, *ego ſum*. O quis poſſet hic contemplari, oculo fidei, & non plangere atque contriſtari, quam fortiter pugnant hæ duæ lanceæ contra illam primam amoris! quamque crudeliter Dominum vulnerant! quia illico, *miniſtri Judæorum comprehenderunt Jeſum, & ligaverunt* (Joan. 18. 12.) funibus atque catenis, percutientes pugnis, ac baculis; faciem illam Divinam conſpuentes, & evellentes barbam: Sed alia ex parte, nec ingratitudinis lancea dormit, quin crudelius vulneret: In tantis enim anguſtiis conſtitutus Dominus circumſpicit, ut pro conſolatione ſua videat aliquem charorum ſuorum, at videt neminem, quia ingrati facti Apoſtoli, *fugerunt omnes* (Marc. 14. 50.): cohors igitur ita ſolum deſolatum, atque vulneratum plus in corde lancea ingratitudinis ab amicis, quam tormentorum ab inimicis in corpore; cum indicibili rabie trahentes, alii per funes ad unam, alii ad alteram partem per catenas; aliqui trudentes, alii pedibus percutientes, conſpuenteſque omnes, & ululantes ut lupi rapaces, duxerunt ad ſummum Sacerdotem: ubi, præter alia opprobria, excepit unam alapam a ſervo Pontificis in faciem illam Divinam, *in quam deſiderant Angeli proſpicere* (1. Pet. 1. 12.), teſte Apoſtolo S. Petro, tam crudelem, quam cœlos ad tremorem, & Angelos ad ſtuporem commovit. Crudelis lancea fuit hujus percuſſionis; ſed crudelior, ingratitudinis Petri, qui ibidem tertio jurejurando, ſe eſſe diſcipulum, imo vel noſſe Divinum Magiſtrum, negavit! O acutos gladios! o fortes lanceas! ſed illa amoris eſt fortior, qua victus Dominus, utriuſque oblitus prioris, *reſpexit Petrum* (Lucæ 22. 61.), figens in eum miſericordes oculos; q. d. Ah! vulneraſti Petre cor meum pejerando, & me negando, ſed plus vulnerabis, ſi in iſto peccato obſtinatus permanſeris, ut Judas, dole ſaltem Petre de hoc peccato, dole: nec in caſſum cecidit obtutus Divinus, quia Petrus illico exivit, & *flevit amare*. (Lucæ ibid.)

Capitur ſ. & ter- lanc. in- git cru- ri.

Mane autem facto.. adduxerunt 158
eum, & tradiderunt Pontio Pilato (Matth. 27. 1. 2.), clamantes cum impeti, & rabie ut crucifigatur: ſciens tamen Pilatus eum eſſe juſtum, ac proin declinans condemnandi illum ad mortem, miſit judicandum ab Herode: aſt hic incondemnatum, eſto illuſum, remiſit denuo ad Pilatum. Milites interim ſemper rabidiores fiebant, iraſcendo ducere illum de judice ad judicem; idcirco ſicut dracones trahebant illum collidentes ad angulos murorum, blaſphemantes, ac velata facie percutientes, dicendo: *prophetiza quis eſt, qui te percuſſit?* (Lucæ 22. 64.). Itaque trahendo & trudendo abſque omni miſericordia, iterum duxerunt ad Pilatum, exclamando cum impetu majori, ac furia, *crucifige, crucifige* (Lucæ 23. 21.) malefactorem, crucifige hypocritam. Pilatus tunc juſſit eum crudeliſſime flegellari alligatum ad columnam, ſperans vel ſic eorum rabiem extinguere, Jeſumque, in quo faſſus eſt ſe cauſam mortis non invenire, a condemnatione liberare. Tunc illi: *quorum*, ut canit Vates Regius, *veloces pedes ad effundendum ſan-*

Ducitur cti rab. milit. ad Pilat. ad Herod. & iterum ad Pilat.

Digitized by Google

Jesus flagellatur crudeliter, & coronatur.

guinem (Psal. 13. 3.), illico admovent eum ad columnam, & detractis vestibus alligant: deinde accedunt lex carnifices, quorum si contemplemur crudelitatem, dracones dicemus potius quam homines, & vicissim bini cœperunt eum flagellare tam acerbe, ut primi duo funibus totum fecerint lividum: duo secundi virgis spinosis plagas per totum corpus aperuerint: & duo tertii calcaribus ad catenas positis pellem una cum carne evulserint; in qua dira flagellatione totum corpus remansit plagatum, præter caput: ast ut impleretur prophetia Vatis S. Isa. *a planta pedis, usque ad verticem capitis non est in eo sanitas* (Isai. 1. 6.), soluto a columna imposuerunt capiti ejus coronam acutissimarum spinarum, furcis & baculis prementes donec sexaginta spinæ, usque ad cerebrum penetrassent. Ita igitur flagellatum, & coronatum assumit Pilatus, & de alto ostendit populo, sperans fore, ut moveantur ad compassionem, videntes eum adeo plagatum, contritum, atque decorticatum: at illi, veluti dracones infernales rabidi, magis, magisque succlamabant, dicentes: *crucifige, crucifige* hypocritam, quia pervertit populum: quod si times sanguinem ejus, sit, *Sanguis ejus super nos, & super filios nostros* [Matth. 27. 25.]. Quia autem juxta consuetudinem Judæorum, quolibet anno debebat unus mortis reus donari populo, ob lætitiam fest. Paschalium, conatur Pilatus vel hac occasione eum eripere, proponendo eum populo donandum, at quia aderat famosus latro, & homicida Barabbas in carceribus, mortis reus, illi, rejecto Jesu, *qui pertotam Judæam, pertransit bene faciendo, & sanando omnes* (Act. 10. 38.), amplexati sunt, & donandum sibi petierunt fatum malefactorem Barabbam: O admirandam lanceam ingratitudinis! Insuper comminari cœperunt Pilato, quod si Jesum dimiserit, non sit futurus amicus Cæsaris: itaque sceleratus Judex, vano timore perculsus, iniquam tulit sententiam: *& adjudicavit fieri petitionem eorum*, inquit S. Evangelista (Lucæ 23. 24.).

Sceleratus Judex Pilatus pro conatus liber. Christi vano timore perculsus iniq. condemnat.

Ecce audistis N. quanta passus sit noster Redemptor usque modo, quamque acutas exceperit lanceas! Omnia tamen bono animo, quia juxta prophetiam S. Isa. *Sicut agnus coram tondente se obmutuit* (Isai. 53. 7.), canendo ore Davidico, *Ego in flagella paratus sum* (Psal. 37. 18.), optans etiam majora pati pro nostra redemptione. Verumtamen cum vidit se, ab ingrata Synagoga, quam amaverat ut sponsam, impudenter rejectum, & malefactorem Barabbam, loco sui, postulatum, hanc horrendam lanceam ingratitudinis ferre, absque querimonia non potuit: unde nullus dubito eum in corde repetiisse illas querimonias, queis olim per Vatem suum S. Jerem. & terrigenas invitaverat, & cœlites ad stuporem: terrigenas quidem dicendo: *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus*. Cœlites vero, dum clamaret: *Obstupescite cœli*, & *portæ ejus desolamini vehementer* (Jer. 2. 12.) q. d. apertæ dilatamini, ut videant cœlites impudentiam & ingratitudinem Synagogæ, ac stupeant: *duo enim mala fecit populus meus*: primo: *me dereliquerunt fontem aquæ vivæ* (Jer. 2. 13.) id est: fontem gratiarum & miserationum, queis dittaavi eos: quis etenim liberavit eos a captivitate ægyptiaca, traduxit per mare

153

Querimonia Christi contra ingratam Synagog.

Digitized by Google

re rubrum ſicco veſtigio, demerſit hoſtes eorum in Mare, niſi ego? Quis pavit eos & veſtivit, abſque illorum labore, per quadraginta annos in deſerto, niſi ego? Quis contrivit pro eis tot Reges, & induxit eos in terram promiſſionis poſſidendam, niſi ego? Et tamen poſt hæc tam grandia beneficia, me rejecerunt: hoc quidem malum eſt grande; ſed multo grandius eſt ſecundum, & intolerabilius: quia, *foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere aquas non valent*: [Jerem. loc. cit. ſupra: verſo enim mihi dorſo, ut adultera ſponſo ſuo, en in oculis meis adulterum amplexatur Barabbam. O gladium acutum, o crudelem lanceam! Sed cum ita impudenter te Synagoga rejiciat, convertere ſponſe cœleſtis, & deſponſa tibi novam ſponſam Eccleſiam Catholicam, atque conſolare in illa: pridem enim illi per Vatem tuum S. Oſeam nuntiaſti id, dicendo: *ſponſabo te mihi... in miſericordia & fide* (Oſeæ 2. 19. 20.): illa quoque hæc ſponſalia affectat humiliter te invocando, *veniat dilectus meus.... oſculetur me* (Cant. 5. 1. & 1. 1.) atque deſponſare ſibi dignetur. Interim dum Chriſtus tacitus conqueritur de Synagoga, & invitatur a Matre S. Eccleſia Catholica, parantur miniſtri ad ducendum eum juxta ſententiam jam latam, in monte Calvariæ crucifigendum. Nos igitur N. non eum derelinquamus: verumtamen donec illi præſto fuerint, ne aſcendendo montem deficiamus, pauxillum quieſcamus.

Spretus Chriſtus a Synagog. invitatur Eccleſia.

Ludibrioſe Chriſtus ad Calv. ducitur.

PARS TERTIA.

ECCE Jeſus, ſponſus cœleſtis repudiatus ab ingratiſſima Synagoga, converſus ad Eccleſiam Catholicam, tamquam novam ſuam ſponſam, invitat eam dicens in Sacr. Cant. *Veni ſponſa mea, Veni coronaberis* [Cant. 4. 8. 9.]. Dignum itaque & juſtum eſt, o fideles animæ, filiæ S. Matris Eccleſiæ, ſponſæque Jeſu, ut inconcuſſanter reſpondeamus ejus vocationi: nec pigriteamus eum ſequi, uſque ad montem Calvariæ, ut ibi vulnera ejus lavemus noſtris lacrymis, contritione circumligemus, & curemus bono propoſito. Ecce enim crudeles Pilati milites, & miniſtri Judæorum, Agnum manſuetiſſimum, Jeſum ſponſum noſtrum, reamictum propriis veſtibus, ut facilius cognitus a cunctis illudatur, impoſita illi, plagato toto & contrito, gravi ad humeros cruce, duxerunt per Jeruſalem, trahendo cum rabie ſolita & trudendo, cum tympanis ululando & fiſtulis; pueris & plebe illi illudentibus, ac pulvere lutoque conſpergentibus, & ſpuentibus in faciem. Interim grave lignum crucis premens plagatum corpus, vulnera reſerat, mananteque ſanguine, & ſtillante veſtigia Jeſu rubeſcunt. O amarum gladium, o lanceam acutam, quæ vulnerant filium! Sed vertamus, quæſo, paululum a filio oculos ad Matrem, viſuri utique non minus cor hujus, quam illius corpus vulneratum, eundo etenim Mater afflictiſſima poſt filium, & videndo per viam guttas ſanguinis, conabatur lacrymis eas lavare, ejulando, & lamentando in corde: O fili mi Jeſu, o Jeſu fili mi, vel oblitus es Matris tuæ, ut nec vale dicas ei: convertere unica conſolatio, & vide, quia *non eſt qui conſoletur eam* (Thren. 1. 2.). Acutæ ſunt utique N. & fortes hæ lanceæ; ſed fortior erat illa ardentiſſimi amoris erga noſtram

Quam crudeliter Christus denudatur, & crucifigitur.

redemptionem ; qua transfixus Redemptor , libenter ferendo crucem , esto præ debilitate sub illa sæpe ad terram cadens, vulnera exulceraret , crucifigendus ad Calvariam properabat . Tandem cum ad montem eum perduxissent , nec respirare permiserunt , sed illico detrahendo vestes , plagis adhærentes , non modo veteres exulcerarunt noviter , sed & novas inflixerunt crudeliter . Dein rabide illisum crucei conclavarunt , rabidiusque elevando crucem , in foveam jam paratam , projecerunt , & ex concusso corpore, plagisque reseratis copiosus sanguis usque ad terram manare cœpit.

161 Ubi estis modo infirmi ? ecce medicina cœlestis effunditur ad sanandum vos. Ubi estis animæ Jesu sponsæ , ab annis quinquies mille in captivitate draconis, & peccati catenis degentes ? ecce æs , margaritæ , & lapides pretiosi pro vestra redemptione numerantur : ubi estis , inquam , cur non colligitis ? tardatis ne ? Ah ! non tardant Angeli , sed advolantes cœlitus, sacratissimum sanguinem Regis sui , & creatoris in aureos capiunt calices, ac colligunt . Interim perfidi Judæi cursitando præ jubilo ante illum in patibulo pendentem , & genua flectendo : *Ave Rex Judæorum* , [Matt. 27.29.] clamitant, illum deridentes , hypocritam appellant , execrabiliterque blasphemant omni modo . O acutum gladium , o fortem lanceam ! sed fortior est illa amoris , qua flagrans clementissimus Redemptor ipsismet a Patre veniam postulat , clamans de cruce : *Pater dimitte illis , non enim sciunt , quid faciunt* [Lucæ 23. 34.] . Et Latroni ad primam petitionem largitur paradisum , dicens : *hodie mecum eris in paradiso* . [Lucæ 23. 43.] *Stabat autem juxta crucem Jesu Mater ejus* : teste S. Joanne [Joan. 19. 25.].

Deridetur Christus pendens, a Judæis.

Rex David plures habuerat filios , quos inter Absalonem rebellem , suique persecutorem , qui non erubuit bellum movere contra proprium Patrem ; unde ad se defendendum , David illi opposuit Joabum cum militia ; cui tamen Paterno affectu Filium , esto rebellem , reccommendavit non occidendum , dicens : *custodite mihi puerum Absalon* [2.Reg. 18. 5.]. Hoc tamen neglecto Joab habita victoria , tribus lanceis in cor Absalon infixis , eum occidit : quo audito , non est gavisus David pro victoria , sed contristatus pro Absalone transfixo , imo , *flevit* , inquit sac. textus , *& sic laquebatur : fili mi Absalon , Absalon fili mi , quis mihi tribuat , ut ego pro te moriar* ? (eodem Cap. V. 34.) Si tanta tristitia David fuerit pro uno ex multis , & quidem rebelle , suique persecutore filio , nec tamen oculis spectato ; Quanta N. esse debuit afflictissimæ Matri pro unico, tam amabili , & oculis spectato in acerbissimis pœnis , dum pendet cruci conclavatus? Ah nullus dubitandum , quin pia Mater , præ dolore agonizasset , &, licet ore tacente , corde clamasset sub cruce , quam plene filius de cruce , & intelligebat , & audiebat : Fili mi Jesu , Jesu fili mi , quis michi tribuat , ut ego pro te patiar? *O decor Carmeli* cœlestis , qui , *speciosus forma præ filiis hominum* , (Isai. 35. 2.) eras tunc , cum te puellum ego inter brachia stringerem , tentantibus Angelis ut te accipiant , delectandi causa in te , sed non dimittebam , ne aliquid tibi contingat : quomodo nunc decorem tuum , & splendorem intueor obscuratum ? faciemque tuam plagis , ac sputis de-

Com: matr: cruc:

tur-

Christus mavit us meus plus ex passione, &c.

turparam? O dulcedo mea, quam mihi versa es in amaritudinem! o unica consolatio mea! quis desolatam me consolabitur? Quam afflictionem Matris, & lamentationem sub cruce, Filius in cruce audiens, præ dolore ad cœlestem Patrem conversus exclamavit: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me* [Matt. 27. 46.]: ita revelavit eadem Beatiss. Virg. Mar. famulæ suæ S. Birgittæ dicens: *Filius meus dixit: Deus meus &c. plus ex compassione mea, quam sua permotus* [Lib. 4. revel. cap. 70.].

162 Ad vos me verto, o animæ fideles, sponsæ Christi, & miror, quod nonnullæ vestrum, licet videatis oculo fidei sponsum cœlestem in acerbissimis pœnis, copiosum sanguinem fundere, reliquistis solam Matrem ejus illum dolere, vos nequidem lacrymis aliquot fusis! o amaram lanceam ingratitudinis! Veruntamen cum rubore vestro ego inveniam qui dolebit Jesum cum dilectissima sua Matre. Audistis jam in principio me invitasse omnem creaturam ad compatiendum suo Creatori: & ecce omnes cognoverunt, & obedierunt: ut enim Filius Dei exclamavit valide: *Eloi, Eloi lamma sabacthani* (Mar. 15. 34.): illico cognoverunt Angeli, & impleta est de illis prophetia Isa. *Angeli pacis amare flebunt*: (Isai. 37. 7.) illico cognovit cœlum abscondendo lumen suum, quia, *tenebræ factæ sunt in universam terram* [Lucæ 23. 44.]: illico sol cognovit, quia, *obscuratus est* [Matth. 27. 51.]: illico cognovit orbis sublunaris totus, quia, *terra mota est: petræ scissæ sunt: monumenta aperta sunt: & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt*, teste Sancto Evangelio [Matth. eod. cap; ℣. 52.]. Videtis itaque in illuminatione S. Evang. o animæ sponsæ Christi, quod cunctæ creaturæ condoleant, suoque modo plangant super pœnis sui Creatoris, una cum Matre ejus afflictissima, præter nonnullas vestrum. Possibile ne est, ut intueamini scindi petras, cor autem vestrum, durius petra consistens, non conteri? Sponsus cœlestis præ tormentis prope expirat, & vos sponsæ ejus, pro quibus & patitur, præ contritione ne quidem suspiratis? ille sanguinem pro vobis, vos pro illo nec lacrymas funditis: o crudelem gladium pœnarum! o fortem lanceam ingratitudinis! sed adhuc fortior est illa amoris, qua vulneratus clamat de cruce, *Sitio* [Joan. 19. 28.]: Sitio, nempe, contritionem vestram, bonum propositum, & salutem.

Sitit Dominus nostram salutem.

Ah! novi bene, novi, Domine clementissime, te redemptionem nostram, dulcedinem, & salutem sitire, sed ingrati peccatores, non modo tunc, cum spongia, sed & nunc cum sceleribus suis fel tibi porrigunt bibendum: *& cum gustasset noluit bibere* [Matth. 27. 34.], inquit Evangel. sed elevata voce ad Patrem, dixit: *consummatum est* [Joan. 18. 30.]; q. d. æterne mi Pater, ecce opus redemptionis, ob quod misisti me perfeci: imo etiam, *disposui testamentum electis meis* [Psal. 88. 4.]: Commendavi etenim Ecclesiam sponsam meam Petro, ut servet eam & regat: Mariam dilectissimam Matrem meam Joanni, ut custodiat illam & soletur: Apostolos meos, atque discipulos Matri, ut instruat illos & hortetur. Reliqui Pilato, & Herodi mutuam amicitiam, quam ante non habuere: mi-

163

Consummatis omnibus, & testamento facto clamans Jes. expiravit.

ompatiu- ur omnes eatura nis crea- rs, & pec- tores non nterfitur.

Digitized by Google

militibus & ministris vestes meas, quas jam partivere. Donocunctis fidelibus pretium sanguinis mei, pro medela & redemptione: Latroni contrito Paradisum, pro fruitione. Tandem corpus meum sepeliendum dilectissimæ Matri recommendo, Josepho, & Nicodemo: itaque, *consummatum est*. Nil mihi restat, o Pater Cœlestis, ultra, nisi dumtaxat spiritus, seu Anima; hanc a te accepi, tibi & restituo illam: itaque, ut notat Evangelista Sanctus Lucas: *clamans voce magna Jesus ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum: & hæc dicens expiravit.* [Lucæ 23. 46.]. Ecce dilectissimi Fratres, desit fævus gladius pœnarum cruciare Jesum, at non desist acutissima lancea ingratitudinis & peccatorum; hac enim deinceps quoque crucibitur, & vulnerabitur ab obstinatis peccatoribus, qui forte nec credunt sufficienter, Jesum peccatis nostris esse peremptum. Sperarim tales non inveniri in contrito hocce meo, & devoto populo: sed si quis inveniris, invito tecum coronato Propheta S. Davide, eleva oculos: &.

Hic crucif. accipitur, & denudatur, ac in Matribus tenendo exaggeratur, qualiter &c.

Respice in faciem Christi tui, [Psalm. 83. 10.] tui Redemptoris, tui Salvatoris, qui venditus est a Juda semel; sed millies ab avaris, & perjuris; & quidem viliori pretio: semel coronatus a ministris Judæorum; sed millies a superbis: semel consputatus a Judæis; sed millies ab iracundis, & blasphemis; qui dum furunt, nec homines, nec numina verentur, quin contumelientur.

Jesus semel vultus a persecutoribus, insi-

Respice in faciem Christi tui: cujus Divinam faciem semel velaverunt rabidi milites, sed cunsti mendaces toties, quoties absconsa veritate mentiuntur, quia ipse est, *via, veritas, & vita*: [Joan. 14. 6.] cujus os semel felle amaricatum est a crucifixoribus; sed millies a gulosis, & ebriis: cujus pectus semel transfixum est lancea Longini; sed millies lingua detractorum, & infamatorum.

nities a versis gatoris. nec ne crucifig. desinit.

Respice in faciem Christi tui: quem Pilati milites, & servi Judæorum semel ligaverunt, & flagellaverunt catenis, & funibus: sed inhonesti millies impurissimis cogitationibus suis desideriis, verbis, & operibus; quem denique semel crucifixerunt Judæi; sed vos peccatores crucifigere cessatis numquam; quia & si millies consecuti veniam, & remissionem peccatorum, an non semper reiteratis, eadem facientes? &, ut inquit Apostolus: *Rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei?* (Hæbr. 6. 6.) O amaram ingratitudinis lanceam! crucifigi quotidie ab iismetipsis, quos proprio redemit cruore, gladius utique nimis amarus! Futurum ne est possibile, o animæ fideles, sponsæ filii Dei, futurum ne est possibile, inquam, ut etiam deinceps addatis contemnere sceleribus tam amabilem sponsum, & clavis peccatorum crucifigere? Ah, utinam, utinam non facturæ. Finiamus tamen sermonem, cum uno eleganti exemplo.

Legitur in historiis, quod pugnans Cyrus contra Regem Armeniæ, vincensque illum, cepit Tigranem ejus filium cum conjuge sua: quibus coram accersitis; interrogavit Principem Tigranem, quid posset dare, pro libertate suæ conjugis, cui ille: *Libenter vitam dabo*, inquit; q. d. dummodo conjux mea cum honore dimittatur; & 164

libe-

Digitized by Google

liberetur a captivitate, ego libenter pro illa morerer: quæ responsio tam placuit Cyro, eumque movit ad compassionem, ut libertate donaverit utrumque: Cumque rediirent a Cyro liberi; interrogavit Tigranes sponsam; quid tibi videtur de Regis Cyri pulchritudine, & magnificentia? respondit illa: *Numquam verti oculos ad eum, nisi solum ad illum, qui vitam dabat pro me.* (Mansius tract. 37. disc. 6. numer. 3. apud Trin. perfect. de Passion. Christi) Ecce veram & fidelem sponsam! Dicitote nunc, o animæ fideles, sponsæ Jesu, numquid idem non respondit Christus pro libertate vestra, & redemptione? *libenter vitam dabo*: imo & dedit illam, ut vidistis oculo fidei: Esto enim Cyrus Tigrani donavit vitam, & libertatem, tamen, *peccata nostra* [quæ] *ipse tulit* (Isa. 53. 4. 12.), & Judæi non pepercerunt illi, sed morte turpissima eum peremerunt, qua vos a captivitate Cyri infernalis liberavit. Cum ergo olim interrogaverit singulos vestri, o fideles animæ, ut alter Tigranes sponsam suam: *quid videtur* de pulchritudine & deliciis mundi? quid de delectationibus peccati, & concupiscentiis temporalibus? An poterit quis respondere: *numquam verti oculos ad ista, sed ad illum*, qui vitam pro me dedit, & suo sanguine me a captivitate Diaboli redemit? Ah! certe nemo ei poterit sic respondere: quia si sic responderit, surget Cœlum, & Angeli; surget terra, & dœmones, & testificabunt contrarium, dicendo: vertisti, vertisti frontem, & affectum mundo, dorso conversо adversus Jesum, qui pro te vitam dedit: Nonne nos te vidimus, o superbe, conversum ad concupiscentiam magnitudinis, & gloriæ temporalis? Te iracunde ad vindictam? Te inhoneste ad delectationes carnales? Te religiose ad indevotionem? &c. [: amplifica pro occasione:) Oh pudorem! oh ingratitudinem! Discite fideles animæ, a sponsa Tigranis fidelitatem, & amorem, ac gratitudinem erga sponsum cœlestem, qui vitam dedit pro vobis: est ne possibile, ut sequamini deinceps ipsum torquere, versoque illi dorso, ut amplexemini Barabbam, seu peccatum? ut aversis ab illo oculis Cyrum, seu mundanas concupiscentias respiciatis, ac desideretis? utque clavis scelerum eum crucifigere non cessetis?

Absit, audio vos clamare cum fletu, contritione, & lacrymis, absit, ut deinceps sic fiat: imo novi per hæc ipsa signa, vos dolere de præteritis, & proponere constanter cavere in futurum de omni peccato voluntario, præsertim moreali. Ad te igitur verto sermonem meum, & precem o Christe crucifixe: Cum hæ animæ fideles, sponsæ tuæ, quas tuo pretioso Sanguine redemisti, cordicitus doleant te hactenus offendisse, firmiterque proponant a modo emendatione, tu miserere, quæso, eorum, largire veniam de offensis factis, & robora propositum eorum bonum, concedendo gratiam tuam, sine qua nihil poterunt, ut perseverent in promissis: Tandem concede mihi, ut pro tua parte, cum hac cruce tua & effigie, dem benedictionem, ad confirmandum eos, tam in bonis faciendis, quam in malis tolerandis pro tuo amore, sic dicendo. Benedictio Dei Omnipotentis ✠ Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, descendat super vos, & maneat semper. Amen. ✠

Contritis postulatur venia, & datur Benedictio ✠

ISTO'SVI.

Digitized by Google

ISTO' SVIDOCSANSTVO V.

SLAVO=BOSANSKI

O D

MUKKÆ ISUSOVÆ DRUGO'

Muka Iſus. troſtruka ſullica, 1. od gliubàvi, kojaga ranni josh od poçela svieta. 2. od neſpoznanſtva, illiti neharnoſti. 3. od Múkah.

5

O vos omnes, qui tranſitis per viæ, attendite, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. Thren. 1. 12.

O ví svi, koi odite po pútie, náſtojte, i vidite, imal muka, kako muka moja. Jer. Pror. ú plaççu, na pogl. 1.

165

DA i neçujemo nikakova zazivanja na plaç, i natugovanje; dabi i nevapili jezici redovnickí, nítiſe çulli ghlaſovi od pripovidalacá; zadoſtabi bilo, Bratjo pogliubglená, priobraxenje ovo tavno s. Czarquæ, i porushenje; za metnut ù sarce nashe xaloſt niku, i tugovanje; i za probuditi oçi nashe na prolitje od súzá, i naplaç glaſove. Nut poghledajte, molim, na ss. Otare, kakoſu oſtavilli veſellù odichiu svoju, i nakichienje: okreniteſe k' ss. prilikam, i viddite, kakoſuſe carnim ruhom prikrille, i tavnim. Neçujete sad ú Czarqui nikakova radoſna glaſa, ni veſſella; nego xaloſtan niki glomát, i tugovanje ù svakomu govorenju. Shto ſcinite vi, o slishaoci, da zlamenuje, xaloſno ovo prio-

'Czarque Porushenje Velliké nedigle, ſto zlamenia?

braxenje svetæ Czarque, i tavno porushenje? Ah! nezlamenuje drugo né; nego progonſtvo, muku, i smart jednoga mladichia onam ú Jeruzolimu: al mladichia onog plemenitoga, koinoje, *ſpecioſus forma præ filiis hominum*: najlípſi, veli Pror. okrugneni, obliçjem od sviu ſinova çoviçanski: koi nitie komu zla uçinio, ni uçinit mogao nikada: nego, *pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes*: odaoje, veli S. Luka, po xudij svima dobroçinechi, i bolesnike ozdravgliajuchi: zato nebivam mogao razabrati, ilje vechia bila nenavidoſt ú progonſtvu, il gorçina ú muci, il ú smarti gnegovoj nepravda i pogarda.

Moreteſe, ſcinim, oſſititi sada N. daje ovo mladich oní; koga od vellikæ xaloſti nemogu ni

ime-

imenovati: zashto ottluchiga imenovati glasmi pomankajæ, i suze oçi oblivaju, i sasvim tizim potribitoje davamga imenujem. Neka znadete dakle, Bratjo, ovise mladich zove Isus: Isus sín viçgni viçgneg Oca nebeskoga, brez Materæ. Isus sin vrimeniti Divojké Materæ, brez Oça. Oni Isus, koi buduchi Boog i stvoritegl nash po naravi, uçinioše jest çovik, brat i odkupitegl nash po millosti. Oni Isus, koi za odvesti nas na nebesa i u raj, snishao jest na zemglin, i tja nad pakao. Oni Isus, koi za osloboditi nas od múkah viçgni, i od smarti duhovnæ; podloxioše jest prixestokim mukam vrimenitim, i smarti tilesnoj. I da reçem mlogo ú mallo riiçi: ovoje pripogliubgleni zaruçnik Majkæ nashe s. Czarquæ katoliçanskæ: izatoje ona dvóre svoje porushila, i ottáre: zatose xalosti ovie dánah i tuguje, ghledajuchi okom od virre, i promishgliajuchi bogogliubno, xestinu múkah, i smart svoga zaruçnika.

166 Buduchi pák da dica, illiti sinovi právi i kcheri, nemogu ghledat xalosti Majke svoje, i plaça, nexalostechise s'gniom zajedno, i neplaçuchi: tako ni púk pravovirni Vojvode svoga ú muci, nexalechiga: lasnochæse danas poznat, ú ovoj skupshtini, koisu sinovi právi, i kcheri S. M. Czarquæ, koja tuguje; koilisu od virnoga púka i pravoga, Isusa gne zaruçnika, koi mukku podnosi: zashto, *omnis populus ejus gemens*: Vas púk gnegov, koi plaçæ; velí Pror. s. Jeremia koigodir dakle slishajuchi, paçe josh i ghledajuchi okom od virre, gdimu Mati, s. Czarqua xalostise i plaçe; gdimu Isus, nash Vojvoda, muku tarpí, i umirá, s'onom zajedno xalechi ovoga, neprolie rodní suuzah, i nezaplaçe; ukazachese svima oçito, da nitije one Majkæ právo dite, ni iz pravog, i virnoga púka ovog Vojvodæ. Nadostavgliam, daje Isus zaruçnik, ne samo S. Czarquæ ú opchinu, nego joshter i na pose svakæ dushæ pravovírnæ, jerbose dostoja millostivo svaku imenovati i zaruçnicom, josh i sestrom; buduchi da ú piismi svetoj, po primudromu, zazivajuchi svaku na okrugnenje, ovako vapijæ: *Veni sponsa mea, veni coronaberis.. soror mea sponsa*: oddi velli, zaruçnico moja, oddi biches okrugnena, sestro moja zaruçnico.

Buduchise pák ove iste zaruçnice gnegove, dushe nashe, ottrovale grihom, i obbolile: buduchi uppale ú suxanstvo kraglia paklenoga, i ú singire, po sagrishenju parví nashí roditægliah ú raju zemaglskomu: evo Isus usillovan priuxganom pramnama gliubavju, snebesah ottje donesti neprocigneno blago dostojanstvi svoí, za odkupitinas: i likariom neprocignenæ karvi svoje oprati nas, i izliçiti. Al kakvega sullice rannishe, za izvaditnam likariu od prisvete karvi gnegovæ: s'kakviemli mukama steçe blago, za izbavitinas, i od suxanstva odkupiti; toje toh, ono, shto ima oviziu dána promishgliatise, i na tonas Isus po Proroku Isaii zaziva svekollike, govorechi; *O vos omnes, qui transitis per viam attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus*; O vi svi, koi proodite po putie, nastojte i viddite imal muka, kako muka moja! Ottiuchi rech: Akose iççiah na svitu naj de muka kakvanoje muka moja, s'kojomsam stekao blago za odkupiti dushe, zaruçnice moje. Akose itko najde ragnen takim sullicama, kakvimsam já ragnen,

167

Mukam Isus. priliçni neima, zatose zazivajú pravovir. na promishglanje.

gnen, dokſam prolio karv, za uçiniti od gne likariu iſtim dusham, zaruçnicam mojm, nechemi biti xao, shto netuguju, nitiſe xaloſtæ, daſu one iſtæ uzrok od svega bile s'opaçinama ſvoim, i griſi. Ali shto? Jaſam Bratjo moja odio po putí od svetie piiſama, naſtojechi i razghledajuchi dogagiaje josh od poçela svita: al nít nagio múká priliçní Iſuſovim dojſto, ni ſullicá. Paçe ſmiem slobodno rechi, daſe skupæ ú jedan snop muke svekollike, koeſu i zloçinci za oppaçine, i za virru ss. Muçenici pritarpili, joshbi magne bile od same muke Iſuſove tolliko, kollikoje magni dán od godine, il godina od mlogo vikoovah: zashto ilnam ú gnoj motriti xeſtinu i gorçinu, il duglinu od vrimena, ſaſvakuje ſtranu privellika, i blizu neizmirna.

168 Bichevam za çudo N. neſumglim, kad ja reçem, daje poçetak muke Iſuſove bio josh od poçela svieta: i pák megiu oſtalim tochiete çuti danas ú mom govorenju. Jaſambo odluçio ukazativam, daſu tri prioshtre ſullice rannile ſpaſiteglia nashega, i muçile. Parvaje bila, ogagn od gliubavi gnegove: Druga, leed od neharnoſti nashe, i neſpoznanſtva: Trechia, gorçina od múkah prie neçuvenie. Viddichemo dákle dagaje parva rannila i muçit poçéla, josh od poçela svieta: premdaga dvi drughe doçekashe na ſvarſi xivota. Jachiu, za ukazatvam ovu iſtinu, uxechi prid vama ſvichiu s. Ivangelja, i ss. piiſama svitloſt ottvoriti; xelechi uztoh, da i vi uxgate ſarce gliubavju, i oko od virre ottvorite: shto uçinivshi, kad çuti budete, da sva ſtvorenja tuguju svarhu mukke i smarti svoga ſtvoriteglia; nevirujem

Sullica 3. razdiglene, ovog govorenja.

dachete tvargii biti od kamenja, i od iſti xivínah magne millofardni: The da nechete ſuuzah proliti, i zaplakati, svarhu zaruçnika dúsha vashie, Iſuſa prigliubeznivoga; i potom dati zlamenje, daſte i gnegov puuk práví, i iſtinniti ſinovi s. Czarque katoliçanske.

188 Evo Isus, zaruçnik nebeskí odbaçen od prinespoznanæ zaruçnicæ staaræ, obrativshise Knovoj, tó jest, k's. Czarqui katol. zazívá nju zaokruniti: *Veni sponsa mea, veni coronaberis*: Oddi, veli, zaruçnico moja, oddi bichesh okrugnena. Dostojno dakle, i pravedno jest, ó dushe pravovirnæ Kcheri s. Czarquæ Isusovæ zaruçnicæ, da nekasnímo zvánju njegovu odgovoriti; nitise lienimo sliditiga tja do barda kalvarie, da suzzama nashim ondi operemo ranne njegove; skrushenjem zaviemo; i izliçímo dobrom odlukom. Evobo nemillosardní Vojnici Pilatovi, i slughe xudinske, prikrotkoga Jaganca, Isusa zaruçnika dúshá nashi, obukavshi ú vlastitu odichu, neklasno poznanu svimuse mogú rugati, i pogargivatiga; stavivshimu izragnenu svemu, i satrenu na plecha priteshki krix, odvedoshe priko Jeruzolima s'obiçajnom pommamom, vukuchi jedni, i pritexuchi, á tiskajuchi drughi: ú bucci od bubnjevá i sviraalá, ú tuutnji od vikke, i veselja: Gledajuuchi s'oblooká i vraatá ovi plaça pridostojní ughlæd, podrughivause nikí, pljujuchimu drughi na obraz Boxanstveni, á blatom dicca i prahom posipajuchi: megjú to darvo tæsko krixa pritiskujuchi tilo izrannjeno, ranne ottvorá tako, da izodechi karv, i ciedechise stoppe Isusove ostajáhu carglene. O' gorka maçça! o oshtre sullice! koja ranni sina: Al nut obrátimo, mollimvas, çasom oko od sina, na Majku; viddichemo doisto né manje ragnjeno sarce ovæ, negoli onoga tielo: igjuchibo Maria, Majka prioxaloshchena za sinom, i gledajuchi kápi karvi po pútu, suzzamji oblivashe plaçuchi, i tuxechise vapiashe, ako ne na glas barri ú sarcu svomu: o Isuse sinko moj, o sinko moj Isuse, vech akosise zaboravio od svoje Majke pripoljubljenæ, te nemislishse s'njom blagoloviti? Obratise mallo, jedino uttishenje Majke tvojæ, Isuse, obráti i pogledaj; zashto, *non est, qui consoletur eam*, neima nikoga tkobijú mogao uttishiti, víçe s. Jeremia. Oshtte doisto N. biajú ovæ sullice, i jákæ: al josh jaççá biashe ú Isusu ona od gliubavi polak nashega odkupljenja, kojom ranjen spasitelj krix dragovoljno nosechi, premda povrigívaashe ranne paddajuchi pod njim od slabosti çesto nazemlju, hichashe na kalvariu, da prie bude propet. Buduchiga pak doveli na bardo, ni oddanutimu nedadoshe; nego udilj sadirajuchi s'njega odichu, kojase biashe prilipilla za izranjeno tilo, nesamo staaræ ranne povridishe, nego josh i novæ nemillosardno zadadoshe. Zatim udilj pomamno bacivshi na krix

Kolliko nemillosardno Isus Kalvar.

Isusovo sylaçenje, i propinjanje, Kolliko nemillosardno.

Digitized by Google

prikovashe ; á josh pommamnie digavshi megjúsobom krix ú rup pu , jur pripravljenu bacishe : i tako ſtreſavshiſe tielo , i ranne ottvorivshi , karv cbilato tja dozemlje poçeſe ciediti.

189 Gdiſte sada bolesnici ? evoſe likaria nebeska izlívá za ozdravitivas . Gdiſte dushe zaruçniçe Iſuſove, koeſte od 4000. godina, i vishe, ú ſuxanſtvu kralja paklenoga, svezane ſingirom od griha ? evvo blágo , biſer , i drago kamenje, Iſuſove karvi , broiſe za vashe odkupljenje; gdiſte, reko, shtoga ne berete? Ah ! kaſnite vi, kaſnite , al nekaſne Angeli , nego dolettivshi s' nebba priſvetu karv Kralja svoga , i ſtvoritelja beruh , i ú zlatne kalexe primajuh. Megjú toh prinevirni çiſſuti od veſelja protarkujuchi iz prid njega na krixu viſeechega , pokleçuchi nakollina , *zdrav kralju xudinski* , podvikuju , rugajuchimuſe , nazivajuchi hinjcem , i oppako pſujuchi po sve náçine . O oſtra maçça , ò Jakæ ſulliçæ ! Alje jaçça ona od ljubavi ; kojom gorechi odkupitelj , njima iſtim od Oca proſsi opproshtenje , vapiuchi s' krixa : *Oççe oppoſti njima zashto neznaju shto çine* . I Razbojniku, koi biashe raſpet na deſno njegovo , na parvo skrushenje , i zaproshenje raj daruje nebeski , odgovarajuchi : *ú iſtinu , danas samnom bitichesh ú raju* .

Cisſſuti podrugujuſe Iſuſu viſechem na Krixu.

Stabat autem juxta crucem Jeſu Mater ejus . A' ſtajáshe, veli Ivangeliſta s. Ivan : á ſtajashe kod krixa Iſuſova Mati njegova . O Boxe neumerli , Boxe priviſſoki! Tih , tí sám moresh znati , kakvom gorkoſtju napugneno , kakvim maççom rannjeno , kakvimli proſtriljeno ſtrillama biashe ſarce , ovæ priljubeznivæ Majkæ , Koja gledáshe svaka ovah od ſina, té ſina jedinoga , té ſina onakoga kakav Iſus biashe ! Nie kralj David jednoga imao ſina , negoji mlogo , megj ú koim Abſalon biashe odmetnik njegov , i progonitelj tolliko , kollikoſe nepoſtiidi dignuti vojsku ſuproc Ocu : odkud ſiroma David , za branitiſe , posla ſvojskom pram njim Joaba poglavara : komu nishtanemanje, s'oçinskom xegliom i gliubabju priporuçi daſe Abſalon sín gnegov neima zgubiti : Al Joab nemarechi za ovu priporuku, proſtriliga trima ſullicama , i poggubi : shto buduchi çuo Dauid , neſamoſe za tako pridobitje , ne obradova , nego joshter, zaradi zgubljenja Abſalonova , i smarti vehoma oxaloſti , nitiſe zaſtidi , prem ako kralj, tugovati prid svima slugam svoiem , i kuchani , Vapiuchi : Ah ! *ſinko moj Abſalone , Abſalone ſinko moj , tkobimi dao , da ja za tebe umrem ? flevit , & ſic loquebatur* , zaplaka i tako govoráshe , veli s. piiſmo . Ako dakle Dauid za ſinom svoim , niti dobriem , ni jediniem , niti mukku njegovu i ſmart vlaſtitim oçima gledajuchi , tollikomſe gorkoſtju napuni , i xaloſtju : kollikom imadeſe napuniti Majka Maria , za jedinim , tako ljubeznivim ſinom , i gledajuchi mukku njegovu i smart oçima vlaſtitim . *A ſtajashe kod krixa Iſuſova Mati njegova* ; tolliko svidoçi s. Ivan . Nie za ſumglitiſe N. nikolliko , da milloſtiva Majka i ljubezniva od naghlæ xaloſti , i gorkoſti , prinemaagáſheſe podkrixem , i blízu konçajuchi vapiashe ú sarcu svomu , ako uſtma i muuçáshe ; *ſinko moj Iſuſe , Iſuſe ſinko moj* : Ah tkobrmi dao , da ja záte tarpím te mukke i umrem ? *O decor Carmeli* ? O Planinæ od karmela nebeskoga lipoto ! níſili tí onì iſí , koi biashe , *ſpecioſus forma præ filiis hominum* , najlipshì , i najghiz-

Xalba Mat. Iſuſova pod Krixem , i xaloſt.

Digitized by Google

ghizdavii obliçjem, megiu ſinovma çoviçanskim: niſili oní iſti, kogabi Angeli xelili imat ú' svoje rúke, dokſamte josh ditteshcom darxála ú náruçju, daſe ú tebi naslagiujú, á jate nebi smilla pridat ú gniove rúke ni prigoriti ni za ças, damitiſe shto nedogodí? Ah kakoje sada prominilaſe lipota tvoja, svitloſt potavnila, i sunce obraza tvoga pomarçalo, i pogrubglieno ranama, i pgliuottinama! O slatkoſti moja, kakoſimiſe toh obrátio ú gorkoſt! O jedíno uttishenje moje, tkoche mene uczvíglenu sada razgovoriti. Koja xaloshtenja, i tugovanja Majçina pod krízem, s'kríxa sín videchi, i razumiuchi: vechému mukke zadadoshe, po tí nàçin da vellikim gláſom zavappi k'Oczu nebeskomu: *Boxe moj Boxe moj shtoſime oſtavio?* Nut poslushajte shto svarhu ovizie ríçí B. D. Maria, oççitova svetoj Birgitti. *Sín moj*, velí, *reçce*: *Boxe moj. Boxe moj shtoſime oſtavio*; vishe mukkom, i xaloſtju mojom, nego svojom maknút.

ſi reçe moj zarad ſi Majvoja.

190

Kvamaſe sada okreeſiem, ó dushe Bogogljubnæ, zaruçnice Iſuſove, i çuddimſe, da nikæ te nikæ, premda gledáte okom od virre, da vash zaruçnik neſeski ú xeſtokie mukka obilno karv prolievá, oſtaviliſte samu Majku xalitiga, á vi ni ſuzze josh niſte prolile. O gorkæ ſullice od neharnoſti! Nishtanemanje nemoj vas ſtid biti, á Jachi nachi tkoche xaliti Iſuſa, s' Majkom njegovom pripoljubljenom. Csuliſte josh napoçetku, daſam ja zázvao sva ſtvorenja na xalbu, i tugovanje svoga ſtvoritelja: i evo sva ſtvorenja poznadoshe, i poslushashe. Kakobo sín Boxi na krixu jákó zavappi: *Eloi, Eloi, lammaſabacthani?* Boxe moj, Boxe moj, shtoſima oſtavio: udiliſe izpuni ono proroçanſtvo od Angelá, shto prorokova s. Iſaia kad govorashe: *Angeli od miera gorkochæ plakati*: udilj poznadoshe nebeſa zashto sakrivshi svitloſt svoju, *tminoſe uçinishe*: poznade sunce, zashto, *pomarçalo jeſt*: udilj poznade sve ſtvorenje ovoga svita: zashto, *zemljaſe potreſe*: *kamenjeſe izraſpada*, *krovſe Czarqueni raſcipi tja do zemlje*: *groboviſe izotvorashe*: *i mloga tileſſa svetie, koiſu bili pomavli, uskarsnushe*: tolliko svidoçí s. Ivang. Vidite dakle ú ogledalu, i proſvitljenju s. Ivangelja, o dushe zaruçnice Iſusova ſtvorenja xallæ, i svoim naçinom tuguju, svarhu mukæ svoga ſtvoriteglia, zajedno s'prioxaloshchenom Majkom Mariom: izvan samo nikie od vas. Jeli mogúche, da gledate raſpadatiſe kamenje, á sarce vashe, od kamenja tvargeh ſtajati neskrushujuchiſe? Zaruçnik nebeski od múká izdishe, á vi dushe karſtjanske, zaruçnice gnegove, zakoje i tarpí, josh i neuzdishete od skrushenja! On karv svoju za vas, á vi za gnega ni suuza neprolievate.. O nemilla maça od muuka! O oshtre ſullicæ i jakæ od neſpoznanſtva vashega! Alje josh jaçça ona od ljubavi njegovæ pramvama: i zato evo vapié skrixa, *Sitio*, xegjam: xegjam, veli, vashe s'krushenje, dobru odluku, i svima ſpaſenje.

Sva ſtvorenja znale Iſuſova grisnicise neskrushuje

Ah! poznajem, goſpodine primilloſtivi, i odkupitelju, poznajem da tí odkupljenje nashe, slatkoſt xegjas, i ſpaſenje: Ali neſpoznaní grishnici, ne ſamo ondá sa sungerom, nego i sada s'oppaçinam svoim, xuſiute pojæ: *& cum guſtaſſet noluit bibere*: i kada okuſli nekaje pitti, veli s. Ivang. nego uzdigavshi glás k'Ocú nebeskomu, reçe: *Conſummatum*.

191

Ifus, ufimi te, lamenat: i zadannu.

matum eſt, svarsheno jeſt: kako rekavshi: Oçce moj viçgni, dillo od odkupljenja, zaradi kogaſi bio mene poslao, svarsheno jeſt. Josh vishe, *diſpoſui teſtamentum electis meis*: naredioſam moj teſtamenat, illiti opporuku najposlidnju: zashtoboſam opporuçio i priporuçio moju zaruçnicu Czarquu Catol. Petru, daju pazi, i vladá: Majku moju Ivanu, nekjú çuha, i razgovárá: Apoſtole sve i uçenike, priporuçioſam Majci mojoj, daji uçí, i ponukuje. Hiruduſam i Pilatu oſtavio priateljſtvo, koga prie niſu megjú ſobom imali: á slugama i vojnikom odichiu moju, kojuſu jur razdilili. Darujem svima virním karv vlaſtitú, za likariu i odkupglenje: Razbojniku skruſhenomu, rajnebeski, za uxivanje. Najposli tílo moje za ukopatiſe, priporuçujem dragoj Majci mojoj, Jozipu od Arimatee i Nikodemu: I tako *Conſummatum eſt*, sve svarsheno jeſt: nishtami drugo, Oçce nebeski ne oſtaje nego dusha: Ovuſam primio od Tebe, tebijú i vracham. Tada, kako zabilixá Ivangeliſt. S. Luka: *Kapiuchi glaſom velikim Iſus reçe*: *Oçce, ú ruke tvoje priporuçujem duh moj: i ovo govorechi izdannu*. Evo N. priſta gorki maç od Múká ranniti nashega ſpaſiteglia: al nie priſtala ſullica prioshtrá od neſpoznanſtva, i oppacíná grisniçkie: zashto ovomche i unapridak muçen biti od nji, i tannjen svaki dán: Koi more biti da i nevirruju josh, daje Iſus umoren maçci, i ſullicama od gniovie oppaçiná: imamſe uzdati da takie ottvardnutie griſníka, neima ú devotomu puuku ovomu, i skrushenomu. Ali Akoſe koi takí naodish oſtinuti grishníçe, zazivamte s' Okrunjenim Prorokom.

Reſpice in faciem Chriſti tui: nut uzdighni oçi tvoje, o grisniçe ottvarnutí, i pogledaj ú obraz Iſukarſta tvoga, odkupitelja tvoga, i tvojæ dushæ zaruçnika priljubeznivoga: koij prodat jednoç od Judæ, al od lakomàcá, i krivozaklinalacá 1000. pútá, te s'manjom cienom. Jednoç Okrugnen od slúgá xudinskí, ali 1000. pútá od holicá. Jednoç popljuan od çiſúta, al 1000. pútá od ſarditie, pſováçá, koi kadſe ſarçbom pomamæ, niti poshtenja noſæ ljudma, ni Bogu, da nepogardæ.

Reſpice in faciem Chriſti tui: koga obraz Boxanſtveni jednoç prikrivashe pomamni vojnici: ali svi lashci tolliko pútá, kollikogodir laxú ſakrivajuchi iſtinu: zashtoje on, *put, iſtina i xivot*. Koga uſta Boxanſtvena od oni, koiga muçishe, jednoç bishe xuçju ogorçána: al 1000. pútá od pjanácá, i proxdarlácá. Koga parſe jednoç bishe probodene ſullicom Longinovom; al 1000. pútá jezikom murmuratúrá, i ozloglaſitælja. *Reſpice in faciem Chriſti tui*: koga, Pilatovi vojnici, i slughe çiffuskæ jednoç konopci i lingiri vezashe i frustashe; al 1000. pútá neçiſti, brezobraznim svoim mísli, xeljama, govorenji; ah Bogbi dao, da nie mlogo pútá i çinjenji. Koga najposlí jedan pût propæshe çiffuti, al vi grisnici ottvarnutí, nepriſtajete nigda propinati. Zashto premdaſte iljadu pútá opproshtenje griha, i odpushtenje doſtignuli, jedaſe nepovrachate sve opet na iſte grihe: *Crucifigentes rurſus ſibimetipſis filium Dei*, propinajuchi opet iznova ſamiſebi sina Boxiega? velli s. Pavao. O çudnovatæ ſullicæ od neſpoznanſtva! Propinatiſe svaki dán, od oniziu iſtie, koeje vlaſtitom karvju odkupio iz viçnjega ſuxanſtva, toje doiſlo

maç

mać savishe gorak i oshtar! Ochel biti mogúche dushe pravovirnæ zaruçnice Isusove, ochel bit mogúche, reko, da i odsada opet uspogargjujete vashim oppaçinama tolliko ljubezniva zaruçnika, i klinci od griha pogardnie uzprikivate na krix? ah vidite i promislite daga neprikujete jedan put, te buduchi prikovan neuzmoxe dochi kvama bash ú najvechoj potribi, shto B. saçuao. Svarshimo govorenje s' jednom ugodnom i lípom prilikom.

192 Shtiese ú iskazanji, da boj biuchi Cír, suprot Kralju od Ameniæ, i dobivshiga; uffati Tigrana sina gnegova, sa svojom zaruçnicom ú robstvo: i dovedavshi pridase obodvoje, upita Principa Tigrana, shtobi mogao dati za oprostiti svoju zaruçnicu iz suxanstva? komu Tigran odgovori, *Libenter vitam darem*; isto dabise moja zaruçnica izbavila, i sasvoim poshtenjem vrátila ú nashe kraljestvo, daobi, veli, dragovoljno isti moj xivot: na koji odgovor smillovase Kralj Cir, i tollikomu bí ugodna ova vellika ljubav megju zaruçnici, daji opprosti obodvoje, i posla sposhtenjem ú njiovo kraljestvo. A'kad ottidoshe od Cira, uppíta Tigran svoju zaruçnicu, shtojojse viddí od velliçanstva, i lipoté Kralja Cira? koja odgovori: *numquam vertì oculos ad eum, nisi solum ad illum, qui vitam pro me dabat:* nigda, veli, janisam ú njega pogledala, nego ú onoga koi xivot dávashe záme. Evo virnosti práve, evo podpunnoga spoznanstva!

Recitemi sada ó dushe, kojeste na karshtenju zaruçilese Isusu po virri katolic. jeda nie istóovi vash zaruçnik za vas odgovorio, za opprostitivas od suxanstva Cira paklenoga? ne reçeli Ocu nebeskomu: *Ecce ego mitto me*: Et: *Ego in flagella paratus sum*: Evo ja poshalji mene, jasam na mukke svake pripripravan; *vitam libenter darem pro illis*: i moj xivot daobi dragovoljno za nji: pacega idadde: zashto ako Cir zemaljski opprosti xivot Tigranu; nishtanemanje Isusu çiffuti, i nashi grisi, koje, *ipse tulit*, on uze náse za izbavitinas iz suxanstva Cira paklenoga, njemu neprostishe, negoga prigorkom i prinemillom smartju umorishe. Kadavas dakle jedan pút, kako Tigran svoju zaruçnicu, uppitá: shtovamse vidí od lipotæ, i raskoshja svíta ovoga? shtó od naslagenja putenoga? shto od poxeljenjá vrimenitie? Jedache koja zaruçnica moch odgovoriti Isusu, kakono Tigranova: *numquam vertì oculos ad ista*; *sed ad illum, qui vitam pro me dedit*, nisam nigda na te stvari pogledala, nego na uzdarxanje poshtenja, na obsluxenje zakona, i na ispunjenje od zapoviedí onoga, koi xivot zamene dadde? Doisto nechete tako moch odgovoriti: zashto akobi tako odgovorili, supprot mloghim ustachè nebesa i Angeli; ustache zemlja, i drakuni, i svidoçiché suprotiva, govorechi: jesi obratio jesi i xeglju, i ljubav, i obraz k'ovom svitu, obrativshi plechia k'Isusu, koje záte dao svoj xivot. Nismolite mi viddili holico, okrenuta na poxeljenje velliçanstva i slavæ vrimeniteé? Tebe sarditi, na osvetu? Tebe mallo poshteni blúdniçe, na náslagenja putená? Tebe pjançe na proxdarlost? Tebe redovniçe, na brezposlicu i nedevotion, dati muçímo oståla dilla, za nesmutiti ljudí svitovnjie: (razshíri pram prigodbom:) O sramoté: o nespoznanstva! Nauçite Dushe karstjanskæ od Tigranove zaruçnice har-

Stvorenja nebes. i dragi Koi svidoçiche da dushe nisu virnosti obdarzávale Isusu, Kako zaruçnica Tigranova.

Digitized by Google

harnoſt i spoznanſtvo ; ljubav, i virnoſt obdarxavati polak zaruçnika vasheg nebeskoga, koi svoj xirot dade za vas. Jeli moguche dachete sliditi i unapridok njega muçit i propinati? Jeli moguche dachete ú napridak okrenuvshimu plecha, s'Barabbanom od griha garlitiſe? Jeli mogúche dachete ú napridak okrenuti oçi vaſe od onoga koi za vas xivot dade, na Cira ovoga svita, na njegova poxeljenja, na raskoshja, i na putená naslagenja: i da nechete priſtati klinci od griha vashie i oppaçiná na krix, gore od çiffutá, prikívatiga?

Boxe ſaçúvaj: çujem gdi vapiete plaçuchi, i ſuzze prolivajuchi, svi koiſte skrusheni, ú sarcu vashemu: Boxe saçuvaj, da ú napridak tako budé; josh po iſtom zlaménju ſuuzá vashie, i plaça poznajem daſe kajete za proshaſte grihe i oppaçine; i odluçujete temeljito unapridak nigda povoljno neſagríshiti ni jednim grihom, á navlaſtito ſmartniem. K'Tebi dakle obracham govorenje moje i molbu, o Iſuk. propeti: Buduchi da ovæ dushe s'krushenæ zaruçnice tvoje, kojeſi neprocinjenom karvju tvojom odkupio, kajuſe iz svega sarca, daſute doſad uvrigivale: i odluçujú temeljito, ú napridak neuvrigivati, niti ikada çavli od smartnoga griha tebe propeti: smiluj ſe, molimte njima, dajim opproshtenje: Oppproshenje Goſ. Milloſardje Goſpodine, svarhu uvrigenjá proshaſtie: á pokrípinji ú dobroj odluci, darujuchi njima onú, brez koje nishta nemogú kripkú milloſt tvoju, da mogú obdarxati obechanje svoje. Najpoſlí dopuſti meni, mollim, da od ſtránè tvojé, s'ovim krixom i prilikom tvojom od propetja dadem njima tvoj s. Blagoſov za potvarditihì ú dobroj odluci. i pokripiti, tolliko ú çinjenju od dobara; kolliko ú podnoshenju od súprotivshtiná dragovoljnu: ſtavi dakle Gos. nebesku kripoſt ú ríçi moje ovæ najposlidnje, koizim razumiem Blagoſoviti, nji, njiove sve obitili, dobrá, imanſtva; odlukke, poslove, i dillovánja govorechi.

Blagoſov Boga svemoguchega Otca ✠ i ſina i Duha svetoga snisheo svarhu vas, i pribivao vazda. Amen.

TESTI-

Digitized by Google

TESTIMONIUM VI.

DE

RESURRECTIONE DOMINI.

Oſtenditur ineffabilis lætitia S. M. Eccleſ. ob magnificentiam, qua glorioſe magnificatus eſt ſponſus ſuus Jeſus, reſurgendo ad vitam immortalem in carne noſtra triumphatis inimicis, Diabolo, inferno, & morte. Secundo: quod eoſdem inimicos etiam pro nobis triumphaverit: dummodo ejus corporalem ſpirituali noſtra reſurrectione imitemur.

Alleluja, Alleluja, Alleluja. Cantemus Domino, glorioſe enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem ejus dejecit in mare.

Exod. 15. 21.

193 QUando crudeles, dixerim perfidi, fratres s. Joſephum vendiderunt mercatoribus, & in Ægyptum prodiderunt: ſeniculus Pater ejus Patriarcha s. Jacobus, exiſtimans feram peſſimam in ſylva eum devoraſſe, ita fuerat triſtatus in ſua ſenectute, & lacrymatus multo tempore, ut enarrari facile non poſſit; illi dumtaxat poſſunt id teſtari, qui paginas legunt ſacræ Scripturæ. Nihilominus cum audiviſſet, poſt 20. ferme annos, dilectiſſimum filium ſuum Joſephum, non modo vivere feliciter, verum etiam regnare ibi in Ægypto: ob ſapientiam enim ſuam, cæteraſque virtutes tantum fuit magnificatus, quantum ſuffecit, ut potiretur ſceptro imperii ſuper totam Ægyptum, omnis amaritudo ejus in dulcedinem fuit verſa: unde triſtibus ſuſpiriis in læta mutatis, præ gaudio lacrymando, exclamavit: *ſufficit mihi ſi adhuc filius meus Joſeph vivit*. Gen. 25. O lætum me! o me beatum! quanta conſolatione replebitur cor meum in mea ſenecta! non poſſum lætitiæ reſiſtere, quin ita ſenex vadam in Ægyptum, ejus fruiturus felicitate. Vadam, *vadam & videbo*

Gaudium Jac. Patr. de Joſ. regnante: non eſt compar. lætitiæ S. M. E. de Jeſu reſurgente.

Digitized by Google

bo illum. Grande fuit equidem hoc gaudium ſenis Patriarchæ s. Jacobi : Verumtamen non eſt comparabile cum lætitia ineffabili S. Matris Eccleſ. Cathol. quæ poſt amaritudinem, lacrymas, & mœrorem ; quæ habuerat diebus præteritis, ob venditionem, proditionem, paſſionem, & mortem dilectiſſimi ſponſi ſui Jeſu ; edocta hodie, quod glorioſus reſurrexerit & triumphans, & quod vivat, atque regnet, non ad tempus, ut Joſephus, ſed in æternum & ultra : Neque ſupra regnum Ægypti dumtaxat, ſed ſupra Regna ſua Cœleſtia, terreſtria, & infernalia ; exultat præ gaudio, & præcinit Domino, in omni cantu miſcendo, ſæpeque repetendo hanc glorioſam vocem, *Alleluja*, *Alleluja*, *Alleluja*. Qua, ut altera Maria ſoror Moyſi, invitat nos filios ſuos, totumque populum fidelem : *Cantemus Domino*, exultando, eumque laudando : *Glorioſe enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem ejus dejecit in mare*. Oſtendam igitur vobis hodie : primo, ineffabilem lætitiam S. Mat. Eccleſ. ob reſurrectionem Domini, qua glorioſe magnificatus eſt, triumphatis inimicis, diabolo, inferno, & morte. Secundo : quod etiam pro nobis dicti inimici ab illo ſint triumphati ; dummodo nos corporalem ejus noſtra ſpirituali reſurrectione imitemur. Novi equidem, quod longa concio in die paſchatis vobis non placeat, [quia frigeſcent ova] : ſi igitur cupitis hanc meam experiri brevem, condienda eſt vobis diligenti attentione, & incipio.

194 *Alleluja*, *Alleluja*, *Alleluja*. Neſcio an audiatis ? anque advertatis quam ſæpe S. Mat. Eccleſ. Cath. repetat hodie hanc glorioſam vocem, *Alleluja* ? Si hactenus non obſervaſtis, obſervate quæſo, deinceps toto tempore paſchali, quod durat uſque ad Pentecoſt. Aſt præcipue his octo diebus : & certe audietis eam, nec ſcire quodammodo deſſiſtere, nec poſſe ſaturari, tam in Miſſis, quam in officio Divino, canendo continuo, & repetendo prope innumeris vicibus, *Alleluja*. Sciretiſne cauſam hujus ? dixerim vos advertere ; ſed non poteſtis plene attingere, niſi intelligatis quid ſignificet hæc vox, *Alleluja*. Sciendum eſt igitur, hanc vocem eſſe compoſitam, ex duobus verbis hæbraicis, i. e. *Allelu*, quod vult dicere, *laudate*, &, *ja*, quod vult dicere, *Deum* ; Itaque *Allelu-ja*, vult dicere, *laudate Deum*. Nihilominus eadem hæc vox, *Allel.* habet etiam aliam ſignificationem, præſertim cum ſæpe repetitur inter alia verba læta, & tota ſimul profertur : ſignificat enim, inquit S. Hieron. (ad Marcellam) : *vocem extollere, cum exultatione*. Sicut in noſtra lingua Boſnenſi v. gr. hæc vox, *bajde*, quæ ſignificat invitationem, aut mandatum pergendi aliquo : At vero ſi exultando, & ſaltitando pluries inter alia verba læta proferatur, ſignificat quandam hilarem inſaniam, & lætitiam cordis : ſicuti faciunt pueri, quando proſpiciunt Matrem venire inde, unde ſperant alaturam nuces : ſaltitando enim præ lætitia, inclamant : *Hajde*, *bajde* : ecce mamma venit, *bajde*, nunc nobis afferet nuces, *bajde*, *bajde* : & ſic ſtultizando ſequuntur ob lætitiam. Simili quodam modo inquit doctiſſimus Vega explicando capit. 19. Apoc. *Alleluja* ſignificat, quaſi inſanire devote & ſancte præ lætitia. Itaque S. Mat. Eccleſ. propter reſurrectionem dilectiſs. Sponſi ſui Jeſu Chriſti, tanta hilaritate eſt repleta, ut

nec

nec sciat finire, nec possit satiari canere exultando, & inter alia verba lætitiæ miscendo hanc gloriosam vocem, *Alleluja*. Totiesque eam repetit, ut non vereatur ostentare, quod præ gaudio grandi, & lætitia, sancte quodammodo & devote insaniverit. Auscultate, quæso, qualiter imitatur lætos pueros, salutando hodie, & reverendo B. V. resuscitati Sponsi sui Jesu Matrem dilectiss. *Regina Cœli lætare, Alleluja; quia quem meruisti portare, Allel. resurrexit sicut dixit, Allel. ora pro nobis Deum, Alleluja.* Videtisne quam sæpe repetit gloriosam hanc vocem, *Allel.* ad exprimendam ineffabilem cordis lætitiam?

Jubilus invitat ad laud.

Cum autem, ut mox diximus, hoc verbum, *Alleluja*, in prima sui significatione, idem velit dicere, quod, *laudate Deum*: S. Eccles. per eandem vocem nos invitat, & hortatur, ut in gloriosiss. hac die resurrectionis Domini, omnes una secum laudemus Deum, cum speciali quadam hilaritate & lætitia, dicendo: *Hæc dies quam fecit Dominus, Alleluja, exultemus & lætemur in ea Allel.* Quid vult dicere *exultare*? vult dicere, *extra se saltare*. [Calep. lin. lat.] Tantam igitur lætitiam habet S. Ecclesia, hocce tempore paschali, tantumque optat nos quoque lætari Deum laudando, quantum omnium aliarum solemnitatum gaudia superare debet; &, quantum numquam putare debemus sufficere, sed semper in hoc nos debere proficere. Attamen ne tardem ostendere vobis causam tanti gaudij: progrediamur ad testimonia sacrarum paginarum.

Quando egregius Dux, & gloriosus liberator populi Israel Moyses, virtute suæ virgæ, gloriose triumphavit super Pharaonem, ejusque exercitum, omnibus eis in mari demersis rubro: quos in litora ab undis ejectos, Hebræi spoliaverant, spoliisque eorum ditati abivere: *Tunc*, inquit sacer Textus; circumvicini, *conturbati sunt Principes Edom: Robustos Moab obtinuit tremor.* (Exod. 15. 15.) Porro Maria soror Moysi exultans invitabat puellas, totumque populum Israel ad laudandum Deum in lætitia, dicendo: *Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem ejus dejecit in mare.* Si gloriose, N. magnificatus est Dominus in victoria Moysi super Pharaonem, & exercitum ejus, quam gloriosius magnificatus esse debet idem in victoria sua, super inimicos suos diabolum, infernum & mortem? Ea quæ faciebant Israelitæ, *In figura contingebant illis*, inquit Apos. Victoria Moysi figura tantum fuit, & umbra quædam hodiernæ victoriæ Christi Domini: Videamus igitur Arborem hujus umbræ.

Resurrectionis gloria adumbrata in vict. Moysi, cum demersit Phar. in mari rub.

Notat S. Jo. Apos. in sua Apoc. cap. 6. quod, inter alia mysteria, viderit mirabile quoddam phantasma: *Ecce*: ita scribit: *vcce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum.* (Apoc. 6. 8.) o tremendum spectaculum! sed quod pejus est, sequitur Jo. dicens: *& data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte.* Quid aliud hoc phantasma significabat? nisi quod antequam Dominus resurrexisset a mortuis, portasque cœlorum reserasset; Diabolus, factus jumentum pallidum, pallore invidiæ in genus humanum, accepta morte ad dorsum, infernum post se trahebat, ut quoscumque mors occidisset, sive gladio in bello, sive fame, sive naturali infirmitate, hos om-

nes voraſſet infernus; Ecce vobis infernalis Pharao cum exercitu ſuo. Aſt Divinus Moyſes, Dominus Jeſus, virtute virgæ ſuæ, crucis ss. triumphavit hunc Pharaonem cum exercitu ſuo, in mari rubro ſui pretioſiſs. ſanguinis. *Tunc conturbati ſunt Principes Edom*, ſeu inferni: *robuſtos Moab*, ſeu ſocios Luciferi, *obtinuit tremor*, Quando Chriſtus acceptis ſpoliis, nempe animabus ex Limbo, glorioſus hodie reſurrexit, atque triumphans. Tantum ergo major ratio eſt s. Eccleſiæ invitare populum Chriſtianum, præ Maria ſorore Moyſi invitante pop. Iſrael, ad lætandum & laudandum Dominum; quantum excellentior eſt Arbor, umbra; & perſona viva, figura ſua depicta: repetamus ergo: *Allel. Cantemus Domino, glorioſe enim magnificatus eſt*.

196 Non vereor ego fateri, N. quod nulla alia ſolemnitas tantam cauſam præbeat nobis lætitiæ ſpiritualis, quia nec tanta gloria magnificat Dominum Jeſum, quanta hodierna dies glorioſiſſimæ reſurrectionis. Conſidero enim cum doctis. Origene, quod eſto Chriſtus in nativitate ſua magnificatus ſit, quia pacem compoſuit inter Cœlum & terram, Deumque & hominem: Unde & canitur tunc ab Eccleſia. *Rex pacificus magnificatus eſt*: Item magnificatus eſt moriendo, per prodigia univerſæ creaturæ: dixerat enim: *Cum exaltatus fuero*, ad crucem, *omnia traham ad meipſum*. Jo. 12. tunc utique traxit per prodigia, & fuit magnificatus, cum ſol fuit obſcuratus, terra tremuit, omniſque creatura novit creatorem pati, & mori in carne humana; in his, & aliis occaſionibus, inquit Origenes, *magnificatus eſt quidem, ſed non eſt magnificatus glorioſe*: at vero, *quando reſurrexit glorioſe magnificatus eſt*. (in cap. 15. Exodi)

Reſur. præbet maj. gloriam Dom. nobiſque lætitiam ſpir. quam ulla alia ſolemnitas.

Verumtamen honor hujus veritatis debetur teſtimonio coronati Vatis Dauid, qui ante Origenem, imo antequam Chriſtus natus eſſet, prævidens ſpiritu prophetico, quod Chriſtus bis iniurus ſit regnare ſuper S. Eccleſiam in carne humana: ſic vaticinatus eſt: *Dominus regnavit decorem indutus eſt*: & illico ſequitur, *indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe*. Pſ. 92. Audiſtiſne quod s. Vates bis dicat, *Dominus indutus eſt*, prima vice dicit: *decorem indutus eſt*, quando cœpit regnare; ſed non dicit quod tunc ſe præcinxerit: quando autem repetit ſecunda vice, dicit: *indutus eſt fortitudinem & præcinxit ſe*. Quare prima vice non dicit eum indutum eſſe fortitudinem, ſed decorem tantum, neque quod ſe præcinxerit? Auſcultate N. myſterium hujus prophetiæ. Quando Propheta dicit: *Dominus regnavit decorem indutus eſt*, tacendo cincturam fortitudinis; tunc loquitur de Nativitate Domini, quia tunc incepit in carne humana prima vice regnare: nam illico, teſte s. Scriptura: *Factus eſt principatus ſuper humerum ejus* (Iſai. 9.). Decorem quoque tunc induit qua homo: quia, *ſpecioſus forma præ filiis hominum*, apparuit, ut canit divinus Pſaltes (Pſal. 44. 3.). Nihilominus, non ſe præcinxerat virtutem tunc, & fortitudinem: nam poſt triginta tres annos fuerat moriturus: &, in triduo mortis juxta doctrinam Theologorum, ceſſaturus eſſe homo; ceſſaturus itaque & regnare qua homo, in illo triduo. Quando autem repetit idem Propheta; *indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe*: tunc loquitur de glorioſiſſima ejus reſurrectione;

Chriſtus regnavit ſeu tunc reg. in carne humana

tunc

tunc enim secunda vice cœpit regnare in carne resuscitata, numquam amplius exuenda; quia illam præcinxit fortitudine immortalitatis, cæterisque dotibus gloriosis instructam: quæ fortitudo apparuit in glorioso triumpho super hostes, & liberatione captivorum ex limbo. Cum igitur in nativitate assumpserit carnem subditam passioni & morti, esto magnificatus fuerit, *super omnes reges universæ terræ*, tamen non fuit magnificatus glorioſe: At hodie *glorioſe magnificatus eſt*; quia induit carnem non subditam amplius morti & passioni, sed gloriosam. Itaque nulla alia solemnitas tanta gloria magnificavit Christum, nec nobis tribuit causam tantæ lætitiæ spiritualis, quam gloriosa ejus resurrectio: O quanta cum ratione igitur hortatur nos hodie S. Mater Eccles. *Alleluja, Allel. Laudate Deum: Cantemus Domino glorioſe enim magnificatus eſt.*

397 Hanc gloriosam magnificentiam adeptus est Dominus, juxta test. Apostoli: *Expolians principatus & poteſtates, & triumphans eos*: [Colos. 2] id est spiritus tartareos. Quem triumphum comparat Vates s. Isajas triumpho Madian, dicens: *ſceptrum exactoris ejus* (populi tui) *superaſti ſicut in die Madian*: (Isai. 9. 4.) scilicet *Imperium dæmonis tributa peccatorum exigentis*. (Menoch. in hunc lo.) Et quidem cum maxima ratione victoria Christi resurgentis comparatur victoriæ Madian. Quia Gedeon, præstantissimus Dux pop. electi, cum 300. militibus superavit in Madian, & contrivit 150. millia hostium, hac arte: Singulis militibus, singulas dedit candelas accensas, sed absconditas in lagenis fictilibus, ita ut lumen non appareat, in unam manum, in alteram autem singulis singulas tubas: & instruxit eos; atque media nocte ex tribus partibus irruentes improviso contra exercitum hostium, simul omnes collisione mutua lagenas fregerunt, ac tubis eodem momento insonuerunt omnes: sic hostes videntes undique tot lumina, audientes tot tubas, & rumorem ex collisione lagenarum, timore perculsi fugiendo in tenebris se invicem necabant, nec Gedeon cum suis persequens, eis parcebat; itaque ad 120. millia occisi sunt: & Gedeon acceptis abundantiss. spoliis gloriosus rediit, & triumphans. Quam bene Vaticinatur Is. de Christo, dicendo: *Sceptrum exactoris ejus superaſti, ſicut in die Madian!* Nam filius Dei, ut alter Gedeon, lumen Divinitatis suæ abscondit in lagenam luteam carnis humanæ, & irruit contra Madianitas infernales, quando in Calvaria ascendit in crucem, & quidem media nocte, quia, *tenebræ factæ sunt per universam terram*, teste S. Evang. [Lucæ 23. 44.]. Tunc & lagenam carnis rupit, cum *clamans voce magna emisit ſpiritum* (Matt. 27. 50.). Statimque separata anima a corpore, apparuit lumen Divinitatis, teste Vate s. Isa. dicente: *habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis*. (Is. 9. 2.) Quo splendore, voceque Christi, hostis infer. cum suo exercitu, qui ad pugnam in Calvariam venerat, juxta Vaticinium s. Habacuc: *Egredietur Diabolus ante pedes ejus*; (Habac. 3.) qui sub cruce expectabat finem; viso, inquam, splendore fugit ad tartara; & Anima Christi eum persecuta, *deſcendit ad inferos*, & triumphatis host. infernalibus, spoliis animarum liberatarum ex limbo se ditavit.

Resurrectionis triumphus, comparatur triumpho Madian eleganter.

Triumphus Christi super Diab.

Eodem tempore victo primo 198

inimico, vicit etiam secundum, ideſt Infernum, qui ante hanc victoriam nulli hominum parcebat, nullus enim moriebatur, quem ille non deglutiret: juxta teſtimonium Vatis s. Iſ. dicentis: *Dilatavit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque ullo termino:* (Iſ. 5. 14.) ſed Chriſtus Dominus tunc Limbum Patrum, ita conclavavit, ut numquam amplius aperiatur; porro aliorum locorum inferni, claves accepit, ut non voraret ad placitum omnes, ſed ſolos eos, quos ipſe tradiderit, aut ad cruciandum æternaliter, ut inimicos; aut ad purgandum temporaliter, ut amicos nondum purgatos: Ita ipſemet Jeſus teſtatus eſt dilectiſſimo diſcipulo ſuo Joanni, dicens: *fui mortuus, & ecce ſum vivens in ſæcula ſæculorum, & habeo claves mortis & inferni.* (Apoc. 1. 18.) Quod idem teſtimonium monſtrat triumphum Chriſti etiam ſupra tertium inimicum ſeu mortem; *habeo*, inquit, *claves mortis*. Hæc auſa eſt deglutire filium Dei; ſed digerere non potens, debuit evomere etiam alios, una cum inferno, ſcil. animas SS. Patriarch. & Proph. quas voraverant per 5000. annorum & ultra. Accidit morti ſicut api, quæ pungens relinquit aculeum, & enecat ſeipſam: ita mors pupugit filium Dei, ſed perdito ſtimulo, ſeipſam occluſit, & facta eſt captiva Chriſti: *habeo claves mortis*: Unde Apoſtolus illudit eam dicendo: *Ubi eſt mors ſtimulus tuus? ubi eſt mors victoria tua?* [1. Cor. 15.] Quaſi dicat: putabas te digeſturam Dominum; & debuiſti evomere etiam ſervos. Confirmo hanc veritatem cum verbis s Evangelii: & hiſtoria quadam Plinii: auſcultate quæſo, quia pulchra eſt.

Triumphus Chriſti ſuper infer. & mortem.

Sanctus Jo. cap. 3. ſui Evang. teſtatur, quod Chriſtus loquens de exaltatione ſua ad crucem, ſerpenti cuidam ſe comparat, dicebat enim *Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis*. Reflectendo ſuper his admiror, cur ſerpenti Chriſtus ſe comparat? Sed cognita natura & proprietate, cujuſdam parvi ſerpentis vocati Enhydris: ceſſo admirari, & adoro artem divinæ Sapientiæ. De hoc enim ſerpentulo ſcribit Plinius de natura animalium, quod ſit parvus corpore, viridis colore, & aſtutus arte, itaut ad vindicandum ſe de ſuo inimico Crocodillo, abſcondit ſe inter herbas, ubi Crocodillus exit ad paſcua, & ſic cum ſit parvus, & coloris viridis, ab inimico non ſecernitur, ſed voratur una cum herbis: vix tamen ingreſſus, incipit corrodere ejus viſcera, & enecato inimico, triumphans egreditur. Chriſtum igitur puto huic ſe ſerpenti comparaſſe; quia ad vincendum inimicum ſeu mortem, *humiliavit ſemetipſum*, inquit Apoſ. ecce factus parvus ſicut Enhydris: colorem etiam viridem induit, ut non agnoſcatur inter herbas: quia, *omnis caro fœnum*, inquit Divina Script. (Iſa. 40. 6.) ipſe autem induit Carnem, quia *Verbum Caro factum eſt*: Tandem abſcondit ſe inter herbas in Calvaria, ubi ſolebat ſæpe mors paſci hominibus, quia ibi malefactores ſolebant occidi: herbæ erant duo latrones, inter quos Jeſus; ſed omnia erant æqualiter viridia, quia caro ſola apparebat; Itaque Crocodillus una cum herbis, ſeu latronibus, Jeſum quoque devoravit: & ſeparata anima a corpore, *deſcendit ad inferos*: ſed ita diſcerpſit viſcera hujus Crocodilli ſeu mortis, ut debuerit illa ipſa mori, & eji-

Serpentis Enhydris natura.

Digitized by Google

& ejicere alios quoque deglutitos: & sic impletum est hodie, quod olim Christus per Proph. s. Oseam dixerat: *De manu mortis liberabo eos... ero mors tua, o, mors.* [Oseæ 13. 14.] Ecce quam, *glorioſe*, Christus hodie, *magnificatus est*, triumphando tam fortes inimicos!

199 Porro dum hoſce in inferis Christus triumphos operaretur; dolorosissima Virgo Maria, quæ adhuc sero diei veneris præteriti post datam sepulturam sacratissimo corpori ejus, regressa Jerosolymam ad domum ultimæ cœnæ, sola seorsim cessit in cellam; eum ingenti suspiriorum, ac lacrymarum abundantia lugendo Natum sui occisum; nec tamen minus constanti fiducia credendo eumdem tertia die resurrecturum, frequentissime ingeminabat cum Davide: exurge, *exurge gloria mea* (Ps. 65.) *Veni dilecte mi* [Cant. 7. 11.] *solatium vitæ meæ* (Tob. 10. 4.). Cui Dominus per eumdem coronatum Vatem respondebat: exurgam, *exurgam diluculo*, consolare & quiesce a fletu, dilectissima Mater, brevi amaritudo cordis tui glorioſissimo aspectu meo in dulcedinem, atque jucunditatem est convertenda ineffabilem: Quæ promissio hac ipsa tertia luce fuit impleta: hodie quippe Christus, parto Animarum Sanctorum Patrum spolio, cum nobilissimo hoc, atque glorioso comitatu pergit ad sepulchrum; & reunita Anima corpori non jam mortali ac passibili, sed dotibus glorioſissimis instructo, atque in æternum victuro: *resurrexit sicut dixit*.

Et quia dilectissima Mater in ejus passione amaritudinem summam gustaverat, voluit, ut dulcedinem pariter atque solatium infinitum, ex glorioſissima sua resurrectione gustaret prima: quapropter justit omnes elegantissimo ordine in acies componi processionis, veneraturi Deiparam Mariam atque adoraturi, utpote redemptionis eorum cooperatricem. Hic nonnulli devoti devote contemplantur, quod inter glorioſam illam societatem pia quædam æmulatio facta sit atque contentio; quisnam, scilicet, Filium resurrexisse annunciaturus Matri præcederet. (Gabr. Barl, Dom. res.) Adam, utpote Pater totius humani generis prætendebat jus hujus officii se manere. Respondet tamen illi Dominus: nequaquam: Si etenim fructum alicujus bonæ arboris in via repereris, subsistes fortassis, ut olim in paradiso terrestri, & tardabis. Ergo ad me hoc spectat, inquit Abel, qui primus justus fui occisus: neque te mittere est expediens, illi respondetur; quia si obviaverit tibi Cain denuo occideris. Ego ibo ego, instat Noe, nunciaturus Domine diluvium pœnarum tuarum cessasse, qui a diluvio aquarum salvavi omnem animam viventem in specie sua: nequaquam, & illi respondetur, quia si vinum nactus, fueris inebriatus, uti post diluvium, si recordaris fecisti, Mater mea nuncio fraudabitur. Ecce jucundus totus, exultans & jubilans prorumpit Joannes Baptista: Ego inquit, Domine, sui Præcursor adventus tui in Mundum, quidni debeam esse & glorioſæ resurrectionis tuæ ad Matrem? Cui Christus: non dilectissime Joannes: nam Herodes adhuc vivit, si captus fueris ab ejus ministris, an non incarceraberis? Tandem prodiit latro conversus, cum submissa humilitate precatus: Domine numquid ego hoc honore essem felicitandus, ut sim letus nuncius ad Ss. Matrem tuam mit-

Pia, inter liberatos ex limbo contentio: & jubilus Mariæ ob resurrect. Filii ejus.

Digitized by Google

mittendus, qui novi eam nuperrime sub nostris crucibus contristatam, quinimmo ejus ope & adjutorio contritionem promerui, & conversionem: At Dominus illi ait: non es, fili mi, aptus; foratos quippe habes pedes clavis, necdum ex integro curatos, currere non poteris celeriter. Itaque ad sustollendam omnem contentionem ac æmulationem, Archangelus s. Gabriel, qui olim nunciaturus Mariæ Christi nativitatem, missus fuit quoque nunc ad annuntiandam eidem gloriosam ejus resurrectionem: hic itaque celerrimo volatu apulsus intonuit: (prout revelatum fuit S. Gregorio): *Regina Cœli lætare, alleluja; quia quem meruisti portare, alleluja; resurrexit sicut dixit, alleluja.* Interim etiam desideratus ejus Natus, cum superlaudata processione comparuit. Consideremus hic N. gaudium Ss. Matris! nullus dubito equidem procidisse illam in terram lacrymantem præ lætitia, nec verba proferre valentem: reor tamen cum piis pie contemplantibus, quod dilectissimus Filius eam propriis manibus illico erexerit dicens: surge dilectissima Mater, non est jam tempus fletus & lacrymarum, *ecce refloruit caro mea* [Ps. 27.]. Jam *hiems transiit*, omnium persecutionum, *imber abiit* flagellationum, quas passus sum, ac tormentorum: *flores apparuerunt in terra nostra* (Cant. 2. 11.), in hoc corpore, quod terra nostri amborum est, dilectissima Mater, quia ex te illud sumpsi, intuere & respice, qualiter florent 5. vulnera, vernantque in illo dotes gloriosæ. Tunc omnes SS. Patres, qui ex limbo liberati appulerant, ut bethulienses ad Juditham, non dubito intonuisse: *Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri* (Judit. 15.). Vos quoque N. in contemplatione inenarrabilis hujus lætitiæ, adorando & laudando Matrem, una ac Filium, in societate horum PP. liberatorum subsistite, dum ego respiro.

PARS SECUNDA.

ECCE dilectissimi audivimus ineffabilem lætitiam S. Matris Ecclesiæ, ob resurrectionem Domini; ad quam incessanter invitat totum fidelem populum suum ingeminando *Alleluja laudate Deum:* Et: *Cantemus Domino gloriose enim magnificatus est* eatenus, quatenus potentes tres inimicos potenter vicit, & super illos triumphat. Animadverto tamen nonnullos vestrum tacita voce inclamare: peroptime, Pater, intelleximus ista omnia: immo & firmissime credimus Christum dictos inimicos taliter vicisse, ut amplius nec timeat a morte se occidendum, nec ab inferis vorandum; a diabolo autem aliunde se vincendum timuit nusquam: sed nobis omnia hæc restant timenda. Quandoquidem neminem videmus nasci, & non mori; itaque mors nobis timenda. Experimur sæpe a diabolo peccatis subjugari & vinci, ergo & hic timendus nobis. Tandem a vobis concionatoribus audimus, quibus & credimus, plerosque ab inferno devorari: igitur timendus, & vel maxime hic quoque nobis. Quomodo ergo poterimus lætari tam inenarrabili lætitia, quam exprimis nos invitari a S. Matre Ecclesia, quin gaudia nostra sint mixta doloribus? Auscultate Fratres patienter, brevi responsione satisfactos vos, & consolatos dimittam. 200

San-

Digitized by Google

Sanctus Joannes in ſua Apocalypſi teſtatur, quod Chriſtus ſit primus a mortuis reſuſcitatus dicens: *primogenitus mortuorum*. (1.5.) Idem conteſtatur Apoſtolus nos admonens, ut gratias agamus Deo Patri per Jeſum Chriſtum: *qui*, inquit, *eripuit nos de poteſtate tenebrarum.... & ipſe eſt caput Eccleſiæ, primogenitus ex mortuis* (Coloſſ. 1.13.18.). Atqui, dicet fortaſſis non nemo verſatior in ſacris paginis, edoceamur & in veteri lege ab Elia, & Eliſeo Vatibus reſuſcitatos quoſdam: & in Evangelio plures ab eodem Domino leguntur reſuſcitati, antequam ipſe a mortuis reſurrexiſſet, quomodo ergo poteſt dici ipſe, *mortuorum primogenitus*: ſeu primo reſuſcitatus?

Ad reſolvendum hunc nodum, & ad reſpondendum iſtis doctis in ſac. paginis; ſciendum eſt triplicem eſſe reſuſcitationem, & reſurrectionem: Prima eſt phantaſtica, per pythonicos, & pythoniſſas facta: exemplum hujus habemus in s. Scriptura; notatum in lib. 1. Reg. cap. 28. ubi legitur: quod s. Propheta Samuel apparuerit Sauli reſuſcitatus: non quia revera ita fuit; ſed una pythoniſſa arte diabolica fecit apparere ejus umbram, quaſi revera illa fuiſſet, & certe locutus fuit cum Saule: ſic ſunt reliqua phantaſmata. Secunda reſ. eſt vera quidem, ſed ad vitam mortalem, & ad tempus dumtaxat; talis fuit Lazari, & aliorum. Tertia non ſolum eſt vera, ſed etiam ad veram vitam immortalem, & æternam: talis fuit reſur. Chriſti Dom. quia ut inquit Apoſtolus [Rom. 6.9.]: *Chriſtus reſurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur*: Sciant igitur illi practici in ſac. pag. quod, quando Ss. Apoſ. Joan. & Paulus dicunt, quod Chriſtus ſit, *primogenitus mortuorum*: Intelligunt de hac tertia reſurrectione, ad vitam, ſcil. immortalem, & ſic verum eſt, eum eſſe primo reſuſcitatum ad vivendum æternaliter, & non moriendum amplius.

plex eſt rrectio oralis.

Cum ergo viderimus tres ſpecies reſuſcitatorum corporaliter: tranſeo ego a corporali reſurrectione ad ſpiritualem; & conſidero poſſe dari tres ſpecies reſuſcitatorum hoc paſchate in Chriſtianiſmo. Quidam enim imitati Samuelem, phantaſtice tantum reſurrexerunt; quia confeſſi ſunt & communicati, ſed ex conſuetudine, ut appareant Chriſtiani, ut videantur impleviſſe præceptum Eccleſiæ, itaque non ejiciantur ex populo fidelium: Aſt non reliquerunt ſuam peſſimam conſuetudinem peccandi, nec intendunt relinquere: iſti ſunt pœnitentum reſuſcitatorum phantaſmata, non autem vere pœnitentes reſuſcitati, iſtorum confeſſio eſt invalida, & communio ſacrilega: Pro talibus utique non vicit Chriſtus dictos inimicos, nec tales præcepit non devorandos, imo, juxta teſtimonium Vatis s. Danielis, unicuique horum trium inimicorum tradit devorandos dicens: *Surge comede carnes plurimas* (Dan. 7.5.). Et S. Jo. in ſua Apoc. de ſimilibus dicit: *Nomen habes, quod vivas, & mortuus es*: (Apoc. 3.1.) plane ſicut phantaſmata. Crediderim tamen in hoc devoto populo, non adeſſe talia phantaſmata pœnitentum, quod ſi quis eſt per malam ſortem, Deus convertat eum, miſerans ipſi.

Tripl x reſurrectio ſpiritualis.

Pro quibus Chriſtus nō triumphavit, ſeu non occluſit ora inimicorū?

Alii imitati ſunt Lazarum, qui reſuſcitatus a Domino, eſto vere reſurrexerit, tamen ex ſepulchro *proditit ligatus manus & pedes infitis*, (Jo. 11.44.) inquit Evang.

201

quo

quo denotabatur, eum brevi iterum moriturum esse. Ita aliqui hoc Pascha, vere confessi, & communicati peccata purgarunt, itaque vere resurrexerunt ad vitam gratiæ Dei: sed non reliquerunt occasiones, hoc est non decreverunt constanter, non solum peccata vitare, sed etiam occasiones peccatorum, quæ tamquam funes ligatos tenent, & facile attrahunt ad peccandum: idcirco brevi revertentur ad eadem peccata, quæ illis condonata fuere. Hi imitantur consuetudinem Leonis.

Quinã imitantur Lazarum, resurgendo spir.

Barcorius notat: Quod Leo, dum eum persequuntur venatores, ad fugiendum velocius, evomit cibos comestos: sed si fuga salvatur redit, &, *quas ejecerat carnes iterum comedit*. (Barc. reduc. moral.) Ita aliqui peccatores timore perculsi venatorum spiritualium; concionatorum, & confessariorum præteritis diebus, vere contriti sunt & confessi, itaque revixerunt ad gratiam. Aft paulo post videbimus eos juxta consuetudinem ad occasiones redire, ubi vix potest quis non peccare. Cogitat quidem, ibi scio me peccasse pluries in illa societate, in illo loco, in illo negotio &c., sed modo cavebo mihi. Cavebis tibi? picem tangis, & vis præcavere infectionem? o stultitiam! Sancti Spiritus testimonium non fallit nos: hic in sacris paginis dicit; *qui picem tangit inquinabitur ab illa* (Eccli. 13. 1.); quid est appropinquare occasioni, nisi picem tangere? vis ire inter inhonestos, & esse honestus? inter ebriosos, & esse sobrius? inter murmuratores, & esse innocens &c.? fallimini, fallimini, N. idcirco nec tales ego audeo animare, quod Christus pro illis vicerit dictos inimicos: quia, *qui amat periculum in illo peribit* (Eccli. 3. 27.), inquit sacer Textus, nisi sibi caverint, non modo a pecc. sed & ab occasione.

Aliqui tandem doctrinam Apostoli venerantes admonitionem ejus edocti, qui dicit; *sicut Christus surrexit a mortuis.. ita & nos in novitate vitæ ambulemus* [Rom. 6. 4.]: utique imitati sunt resurrectionem Domini: proponentes firmiter, non solum cavere sibi a peccatis voluntariè patrandis, sed nec occasionibus sponte appropinquandi, ubi sæpe solet cadi in peccatum, & vitandi illud admodum est difficile: itaque ut Christus, qui resurrexit hodie, semper vivit in gloria, ita hi, qui taliter ejus corporalem resurrectionem sua spirituali sunt imitati; semper conservabuntur in gratia. His dilectissimi, iis ego læta annuntio, nec vereor dicere, quod pro talibus Christus dictos inimicos ita vicerit, ut nullus sit eis timendus. Et primo non est timendus illis diabolus: quia per victoriosam passionem, mortem, & resurrectionem gloriosissimam ita ligatus est, ut latrare possit tentando, sicut canis incatenatus, sed mordere, nisi ad se accedentes, non possit: Cum autem hi, qui in spirituali sua resurrectione Christum sunt imitati, non habeant intentionem illi appropinquandi, immo fugiendi omnes occasiones ejus morsus, seu peccati, jam victus est pro ipsis, nec eis timendus. Secundo: non est eis timendus infernus: quia jam audistis, quod Christus post resur. acceperit claves inferni, in signum triumphi, certe sine eo non possunt quemquam illuc trahere; ille vero tales non finit, quia pro illis paravit paradisum. Tertio tandem

neque

neque mors illis timenda est, non solum spiritualis; qua, cavendo a peccato & occasionibus, non morientur: sed nec corporalis: enim vero mors quid facit? tollit vitam homini, ille est ejus effectus naturalis: ast vero ab his, qui imitantur Christum in resurr. a peccato, non tollit vitam, nec tollere potest, sed solum commutat temporalem in æternam, & miseram, in felicem: Unde dies mortis ss. solet Ecclesia appellare *dies natalis*, seu nativitatis, quia renascuntur ad vitam æternam, in gloria cœlesti.

Quomodo cognoscēdi sunt hi, qui imitati sunt resur. Christi hoc paschate.

TESTIMONIUM VIII.

DE

ASCENSIONE DOMINI.

Spectatur ineffabilis magnificentia, & gloria aſcenſionis Domini, & ingreſſus ejus in cœlum: unde derivatur nobis quoque lætitia &c.

Elevatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum: cumque intuerentur in cœlum: ecce duo viri aſtiterunt juxta illos in veſtibus albis. Act. 1. 9. 10.

NON minus mirabilem viſionem, quam myſteriosam vidit quondam Vates Ezechiel, ut notatum eſt cap. 1. ſuarum prophetiarum. Vidit etenim cœlos apertos, ventumque validum, magnam nubem præſeferentem. Vidit quoque ignem quemdam in eadem nube involvi, ex quo radians ſpecies electri oculorum viſum, ſolis ad inſtar debilitabat. Deinde apparuit ei, *in medio ignis, ſimilitudo quatuor animalium*, & quantum ad corporis ſtaturam, *aſpectus eorum*, inquit, *ſimilitudo hominis*. Verumtamen, quod & myſterio maxime exuberat, & parit admirationem, eſt, quia erant *quatuor facies uni*, & *quatuor pennæ uni*. Unicuique, ſcilicet, caput erat quatuor facierum, & quidem facierum diverſorum animalium: hominis, nempe, leonis, vituli, & aquilæ, *ita ut anterius*, inquit Doctiſs. Tirinus, cum aliis interpretibus, *emineret facies hominis primaria, & quaſi propria, cui a dexteris erat adnexa facies leonis, a ſiniſtris vituli, ſurſum facies, & veſtrum aquilæ*: Ceterum, *corpore erant ſimiles pulcherrimis juvenibus armatis*, (Apud Tirin. in cap. 1. Ezech.) inquiunt prælaudati Doctores.

Fateor utique N. tot myſteria 234
includi in hac prophetia, quot verba ſonant, meæ tamen intentionis non eſt modo cuncta enodare; ſalvum ſit mihi dumtaxat dicere, quod in dictis armatis, alatiſque quatuor juvenibus, præfiguratus ſit unigenitus D. filius (Maxim. ſerm. de aſcenſ. apud March. ibidem). Quod autem, non unus, ſed quatuor ſimillimi Vati fuerint oſtenſi, auſim dicere,

Quatuor animalia Ezech. præfigurabant Christum, a 4. Evang. uniformiter describendum.

re, quod significaret quatuor Evangelistas, uniformissimè describpturos Christi adventum, vitam, virtutes, miracula, passionem, & ascensionem in cœlum. Porro quadruplicium animalium facie erant instructi: ad significandum primo, supremam, regiamque Christi dignitatem, quia sicut illa animalia in suis generibus, supremum locum, & regium quodammodo thronum obtinent: homo enim Rex est, & Dominus cuncta inter viventia: Leo inter sylvestria: inter volatilia aquila: & bos inter animalia domestica. Ita profecto Christus D. filius, super omnem creaturam obtinet primum locum, & thronum regium: quia non solum, ut Deus, verum etiam, ut homo, teste propheta apocalyptico: *Dominus Dominantium*, est, *& rex regum*. (Apoc. 17. 14.) Secundo denique, quia in diversis temporibus, subque diversis mysteriis dignatus est salvator noster se, quodammodo, assimilare dictis quatuor animalibus, ut exponit seraph. Doct. S. Bonav. (in Psal. 90.), quia licet Deus ab æterno, tamen tempore incarnationis, *in similitudinem hominum factus est, & habitu inventus ut homo* [Philip. 2. 7.]. Tempore passionis, super aram crucis, ut vitulus, oblatus est Deo Patri in sacrificium. Tempore resurrectionis, hostibus devictis, ut *Leo de Tribu Juda* (Apoc. 5. 5.) inpavidus e sepulchro prodiit. Tandem in hodierna sua triumphali ascensione, *sicut aquila provocans pullos suos*, (Deut. 32. 11.) tantum volavit in sublime, cum gloriosa societate pullorum suorum, quos a milvo eripuit infernali, quantum & illos induxit in paradisum, & ipse transgressus omnes choros angelorum, *sedet ad dexteram Dei*, teste s. Evangelio [Matthæi 26. 19.]. Quo cum non possimus contingere oculo corporali, quia nimis in altum, *elevatus est*, & *nubes suscepit eum*: intendo admovere lumen rationum, & sacr. scripturarum oculo fidei nostræ, ut contemplemur magnificentiam, & gloriam ascensionis ejus hodiernæ, & introitus in civitatem s. Jerusalem cœlestem. Itaque erit nobis causa lætandi cum Angelis, quorum duo, *astiterunt juxta illos* (discipulos): cum elevatus esset cœlum versus, consolaturi utique illos, & lætitiam Ecclesiæ catholicæ annunciaturi. Adsit idem Dominus, tam mihi, ut digne loquar, quam vobis, ut cum attentione percipiatis fructuose; & incipio.

Elevatus est; & nubes suscepit eum: si nulla testimonia sacr. Scripturarum, & DD. nobis essent, adhuc ratio naturalis in nostra scientiam nos duceret, nullam diem esse in anni circulo, in qua, aut Christo major gloria, & exaltatio, aut curiæ cœlesti tetu majus gaudium, accidit, ac exultatio, quam in hac ascensionis Domini: Cum hodierna die ille, velut dux exercitus omnium electorum, de bello rediens, ascendit in magnificentia sui triumphi, & intravit in illam beatam Jerusalem cœlestem: Cujus universi cives, ut cum summo jubilo, lætitia, & exultatione illum excipiant, utpote sui triumphatorem; fortassis non fuit dignum? Dixerim quinimo eos solemnizasse hanc diem, cum tanta gloria, honore, & celebritate, quantam nos nec mente concipere valemus, quanto minus edicere lingua. Observemus, quæso, hanc nostram vallem lacrymarum; &, si historiis quæ leguntur creditio quantum fas est, concedatur, inveniemus utique, 231

quod

quod ab omni natione hujus mundi, triumphi fuerint semper celebrati magnifice, ducesque triumphatores distinctis glorificati honoribus, esto nulla usquam attigerit veteres Romanos. Hi quippe, quando contingebat, ut exercitui eorum expediendo contra hostes, præesset unus quispiam de principalibus urbis rectoribus, partaque victoria, regrederetur cum spoliis, & captivis, triumphans in civitatem ingressurus, non solum solemnizabant illam diem, ac si maxima esset festivitas, verum etiam totam civitatem, templa, domos, portas, fenestras, imo vias ipsas involucris sericis & auro intextis operiebant, atque floribus, odoramentis, & ramis virentibus exornabant: Dein senatus cum presbyteris, nobilitateque totius urbis exibant obviam triumphatori extra civitatem, cum tympanis, tubis, cæterisque instrumentis musicis, cum maximo jubilo exultando, canendo, & alludendo ad triumphos ducis triumphatoris: qui lauro coronatus gradiebatur vehendo in curru aureo, purpura operto, & a quatuor equis albis tracto: post illum sequebantur currus, queis spolia comportabantur: captivi vero præcedebant pedestres, habitu vili amicti, abscissisque capillis, in signum amissæ libertatis. Milites denique sui exercitus, eleganti ordine distributi, præibant aliqui, tamquam læti nuntii triumphum in urbe proclamaturi; alii sequebantur ut vigiles, super spoliis excubantes, alii denique, & quidem digniores, illum circumdabant pro decore ejusdem & honore. Contingebat imo nonnumquam, simili in casu, ut pro majori gloria triumphatoris, atque triumphi magnificentia, cum portæ ordinariæ essent minus capaces multitudinem capere, non confuso illo eleganti ordine, murus alibi disrumperetur, aut tollerentur illæ valvæ, & circuminciso muro altiores fierent, & capaciores. Verum est tamen, quod hæc sæpe non fiebant, nisi pro aliqua insigni victoria: imo neque pro tali, nisi simul dux triumphator, qui præfuit exercitui in capite, fuisset unus quispiam de principalibus urbis rectoribus (apud Bign. in Sanc. elog. 11. n. 4.).

Nunc ad nostrum sermonem redeundo, dico, si cives Romani sui Belliducis triumphos cum tanta magnificentia solemnizabant, ipsumque ducem triumphatorem, dummodo esset unus ex Rectoribus urbis, reducem, cum tanto honore excipiendo glorificabant; numquid putabimus cives Jerosolymæ cœlestis Duci suo Christo, in illam s. civitatem hodierna die redeunti in triumpho, minus fecisse? Absit! Quinimo tam majora fecisse sunt credendi, quam omnibus triumphatoribus cœli, & terræ ipse est major, quamque ejus triumphus superat triumphos universos, ab origine mundi factos vel faciendos usque ad ejus finem. Si enim observemus ejus dignitatem, non modo fuit ille unus ex principalibus rectoribus Jerosolymæ cœlestis, sed Rex universæ creaturæ, unigenitus Dei filius. Hic missus fuerat ab æterno Patre in hunc mundum præliaturus cum diabolo, morte, & inferno, quos tam gloriose superavit, quam diaboli contrita superbia, ejus captivos, quos ab aliquot mille annis captivarat e carceribus ejusdem liberavit & eduxit. Infernum pariter, & mortem suæ subegit ditioni. Spectavimus hunc triumphum

phum mirabilem, cum sermo nobis esset de glorioſiſſima Chriſti reſurrectione (vide Teſtim. 6. n. 197. & ſeq.): ubi oſtendimus qualiter hic Bellidux noſter in monte calvariæ die ſacro Veneris inierit conflictum cum hoſtibus, & moriens in cruce, de diabolo triumphavit; ſtatimque deſcendens in limbum triumphavit, & expoliavit infernum; tandem reſurgens tertia die, triumphavit de morte, non ſua dumtaxat, ſed noſtra quoque: quinimo ita ſibi reſervavit claves utriuſque regendas, ut nec mors perimere, neque deglutire poſſit quempiam infernus, niſi hos dumtaxat, quos ſibi ille conceſſerit: ita profecto revelare dignatus eſt dilectiſſimo diſcipulo ſuo Joanni, dicens: *fui mortuus, & ecce ſum vivens in ſæcula ſæculorum, & habeo claves mortis, & inferni.* (Apoc. 1. 18.) Cumque hæc omnia heroice, ac glorioſe conſumaſſet, immo poſt hæc per 40. dies diverſis in locis apparens ſæpe Apoſtolis, eos conſolatus fuiſſet, inſtruxiſſet, & confortaſſet, ut idonee, ac intrepide valeant regere, defendere, ac dilatare regnum Eccleſiæ catholicæ, quod armis paſſionis ſuæ amariſſimæ, & mortis acquiſiverat in prælaudato bello, ſanctiſſimiſque ſacr. ſepiverat: voluit in magnificentia ſui triumphi, hodierna luce in cœleſtem ſuam Jeroſolymam redire. Nihilominus prius quam incipiamus contemplari triumphalem ejus aſcenſionem, atque magnificentiam, honorem, & gloriam, cum quibus fuit in cœleſtem Jeroſolymam receptus ab illis civibus beatis, divertamus, quæſo, ſaltim in Jeroſolymam terreſtrem, obſervaturi paululum dolorem Matris ejus, diſcipulorumque, dum valedicerent invicem in ſeparando.

Chriſtus bellum iniviſ die ſac. Veneris, & moriens in cruce vicit diabolū, deſcendens ad limbum vicit infernum, & reſurg. 3. die vicit mortem.

Ecce igitur Jeroſolymis ingreſſus domum ultimæ cœnæ, proſpicio in lumine teſtimonii s. Lucæ, quod Chriſtus hodierna, & ante aſcenſum in cœlum ultima die, congregatis Apoſtolis, & diſcipulis: [ubi & dulciſſima Mater ejus, cum aliis devotis & piis intererat fœminis] (Legend. vitæ Chriſti cap. 79.) *convеſcens præcepit eis ab Jeroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem Patris*, [Act. 1. 4.] id eſt Spiritum Sanctum, aperuit illis myſterium cordis ſui, & intentionem, dicens: *Vade ad eum, qui miſit me* (Joan. 16. 5.). Itaque in proceſſione eleganter diſpoſita perrexerunt ad montem Oliveti. q. d. non vos latet, chari mei diſcipuli, & Mater amantiſſima, quod ſex ſeptimanis ante, de hoc ipſo monte Oliveti Jeroſolymam terreſtrem petierim ad prælium crudeliſſimum, cruciatus & mortem toleraturus pro redemptione veſtra: nunc autem tempus eſt, ut revertar in cœleſtem Jeruſalem, *ad eum qui miſit me*, Patrem æternum, glorificandus, & exaltandus ad utilitatem veſtram, & ſalutem. Quo audito, amantiſſimam matrem, una cum diſcipulis lacrymaſſe non eſt dubitandum: eſto enim gauderent de glorificatione Domini, ſuam tamen deſolationem lamentabantur; imo gaudium dolori miſcentem amantiſſimam Matrem, pie credere eſt, illi dixiſſe. O fili dilectiſſime: quæ cordi meo, acerbiſſima pœna tua, & mors amariſſima, vulnera inflixerat, ſanaverat glorioſa reſurrectio: verumvero diſceſſus hic tuus amarius illa refricat. Tu diſcedis dulcedo mea, relinquendo me Matrem tuam in valle hac lacrymarum, ſed noveris, fili mi Jeſu, quod hos, quos ſupervixe-

Chriſtus diſcip. & mat. in monte & ſuus cum illa lacry.

Digitized by Google

ro, *recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ* [Isai. 38. 15.]. Quis ignorat N. quod dum hæc, & similia, diceret Mater Jesu; Maria Magd. & aliæ piæ fœminæ, imo & discipuli cum Apostolis, torrentes funderent lacrymarum ex oculis: dilectissimus tamen Jesus, horum Magister, filius vero illius, non modo consolatus est universos, verum etiam replevit gaudio cum dixit: *Non turbetur cor vestrum neque formidet, credite in me... quia vado parare vobis locum*: [Joan. 14. 1. 2.] unicuique juxta meritum; tibi autem dilectissima Mater, locus erit in throno meo ipsissimo, a dextris meis. Quibus verbis tam consolati extiterunt omnes, quam *regressi sunt in Jerusalem cum gaudio magno*, teste S. Evangelio: (Lucæ 24. 52.).

238 Nihilominus cum valedixerunt invicem, & Jesus cœlum versus, *elevatus est*; priusquam discipuli de monte regrederentur: *ecce duo viri*, inquit S. Lucas, *astiterunt juxta illos in vestibus albis*; quos viros fuisse Angelos, in forma pulcherrimorum juvenum, & apparuisse, ad annuntiandum Ecclesiæ Catholicæ solemnitatem hujus gloriosæ diei, & lætitiam, nemo Sanctorum DD. dubitat, quinimmo affirmant, cum S. Patre Gregorio Magno, dicente: *quidnam est hoc, quod.. ascendente Domino missi Angeli in albis legantur vestibus apparuisse?* Et exponens mysterium, idem divinus Doctor divine respondet: *in albis vestibus gaudium, & solemnitas mentis ostenditur*. (hom. 29.) At vero quid putatis, auditores, forte hos duos dumtaxat Angelos, qui apparuerunt ad annuntiandum gaudium Ecclesiæ, ut dixi, & pro confirmandis in consolatione discipulis, qui intuentes in cœlum post dilectissimum Magistrum etiamnum dolorem quemdam gaudio misocebant, missos fuisse, & non plures? quinimo asseruero innumerabiles fuisse missos, juxta testimonium Vatis S. Danielis: *Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei*. [Dan. 7. 10.]. Non enim cives cœlestes a Romanis didicerunt, sed forte docuerunt illos qualiter Belidux triumphator, cum triumpho rediens, sit a suis recipiendus in civitatem suam. Ut visum est igitur in cœlo, quod Christus perrexerit ad montem Oliveti, in processione discipulorum terrestrium, ascensurus inde cum spoliis suis & triumpho, in illam sursum Jerosolymam cælestem, illico directa fuit obviam illi processio multum copiosior spirituum cœlestium: ordinatum quippe fuit in throno Altissimi, ut magnificus hic triumphator recipiatur, deducatur, & introducatur in illam gloriosam civitatem cum magnificentia, honore, & gloria inauditis a sæculo: quod ut perfecte adimpleatur, distributi sunt cives cœlestes, non modo simplices Angeli, verum etiam principes eorum in elegantissimos ordines, alii destinantur obviam illi usque ad montem Oliveti, comitaturi sursum ascendentem; alii ad portas cœlorum præstolaturi, & excepturi advenientem. Dum igitur Christus cum Matre, & discipulis valedixit, jam descenderant innumerabiles Angeli: itaque post meridiem luce hodierna, in monte Oliveti, ascendit magnificus hic triumphator currum aureum splendidissimæ nubis, quia ut lectum est in hodierna Epistola: *elevatus est, & nubes suscepit eum*, vestibus gloriæ sempiternæ amictum,

Ascensio Christi qua magnificata, & glorificata?

Digitized by Google

ctum, & coronatum, juxta teſtimonium ſpiritus Sancti dicentis per os Eccleſiaſtici: *induit eum ſtolam gloriæ, & coronavit* [Eccleſ. 45. 9.]. Audiebantur concentus alluſivi ad ejus triumphos: canebat unus chorus, *quis eſt iſte Rex gloriæ* [Pſal. 23. 8.], qui aſcendit in majeſtate tanta, & decore, *ſpecioſus forma præ filiis hominum?* [Pſal. 44. 3.] alter chorus reſpondebat, hic eſt, *Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.* (Pſal. 23. 8.) Reſonabant per aera clamores exultationis, & voces tubarum, quia *aſcendit Deus in jubilo, & Dominus in voce tubæ*, [Pſal. 46. 6.] inquit Propheta Regius. Poſt quemlibet cantum, & tubarum ſonum audiebatur clamor, *Angelorum.. Millia millium, dicentium voce magna*, inquit s. Joan. *dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, & divinitatem, & ſapientiam & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.. in ſæcula ſæculorum* [Apoc. 5. 12.]. Augebant triumphatori huic gloriam manubiæ ejus triumphi, quæ ſequebantur illum, quia, teſte Apoſtolo: *aſcendens in altum captivam duxit captivitatem*: augebat magnificentiam ejus liberalitas, quia, *dedit dona hominibus* [Epheſ. 4. 8.] ſpargens, more magnorum, monetas gratiarum ſuarum in pauperculos peccatores, enim vero, hodierna die dixerim cum s. Greg., *deletum eſt chirographum damnationis noſtræ* (homil. 29.), & portæ cœlorum, per quas hominum nemo ingreſſus fuerat ante, eſto ab illorum creatione effluxerint annorum plura millia, generi humano reſeratæ ſunt, homineſque in paradiſum cœleſtem ingredi cœperunt. Augebant tandem decorem & pulchritudinem toti proceſſioni huic glorioſiſſimæ & ſocietati, ipſimet captivi hujus triumphatoris, qui non præibant abſciſſis capillis, & vilibus induti, ſicut captivi ducum Romanorum, ſed ſub coronis æternæ gloriæ, omnes *amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum*, inquit s. Joan. Apoſtol. (Apoc. 7. 9.). O ſocietatem ſpecioſam! O pulchram proceſſionem! O aſcenſionem glorioſam! Et tamen, credereſne, dilectiſſimi? nondum contemplati ſumus ea, quæ meliora ſunt, & pulchriora. Obſervemus quæſo diligentius, figendo oculos in inſtrumenta, & ſigna Redemptoris noſtri, & redemptionis, viſuri primo decorem, & magnificentiam.

Aſcenſioni chriſti, liberalitas augebat magnificentiam, manubiæ vero & captivi, gloriam, & decorem.

Evangeliſta S. Mat. cap. 24. loquens de extremo judicio, inquit: *tunc parebit ſignum filii hominis in cœlo* [V. 30.] ſi interrogemus, quale ſit hoc ſignum, reſpondet Div. Hieron. cum aliis ſac. Doctoribus, quod ſit *ſanctiſſima crux* [apud Tirin. in cap. 24. Matt.]. Quando ergo putatis fuiſſe portatum ſignum hoc ſanctiſſ. crucis in cœlum, niſi glorioſa in proceſſione hodierna? quia ſi futurum eſt, ut appareat terrigenis crux ſs. in cœlo ſurſum, cum Chriſtus iterum erit deſcenſurus ad judicandum mundum, utpote thronus & ſignum poteſtatis ſuæ, & auctoritatis, quia enim *humiliavit ſemetipſum, uſque ad mortem crucis*, ideo, *exaltavit eum Deus*, ſuper omnem creaturam (Philip. 2. 8.). Numquid non potiori jure apparere debuit hodierna luce cœlicolis, cum aſcendebat ingreſſurus triumphans in cœlum, utpote thronus, & ſignum principale ſui triumphi? quinimmo pie credimus, quod non crucis dumtaxat, verum & lanceæ, ſpongiæ, clavorum, cæterorumque inſtru-

239

Aſcenſio Dom. crux ſignum ſuæ proprietatis &c.

Digitized by Google

ctissima ucra si decore, splendo- ascensio- Christi orans.

instrumentorum passionis ejus signa, utpote arma triumphi, in glorioſiſſima hac proceſſione, portarentur ab Angelis, quæ in honorem maximum, & gloriam cedebant triumphatori Chriſto: Unde uſque ad hodiernum in proceſſionibus crux pro vexillo, præcedit. Complementum, tandem atque condimentum, cum magnificentiæ & gloriæ, tum decoris, & ſplendoris totius hujus proceſſionis, & triumphalis Chriſti aſcenſionis, erant ſigna noſtræ redemptionis, quinque ſcilicet ejus ſacratiſſima vulnera: hæc dilectiſſimi N., præ nimietate pulchritudinis ſuæ & ſplendoris, in ſtuporem poſuerunt ipſos ſpiritus cœleſtes ita, ut interrogarent invicem, *quis eſt iſte Rex gloriæ?* Verumtamen nolo cunctare dandi honorem, hujus veridici teſtimonii, coronato Prophetæ: ubi contemplabimur magnificentiam ingreſſus hujus triumphatoris in cœleſtem Jeroſolymam, quia hactenus eum per viam dumtaxat ſurſum euntem ſumus contemplati.

240 Deduco ex Pſal. 23. hujus regii Vatis, qui ſpiritu prophetico futura conſpiciebat, quaſi præſentia, quod Angeli ex his, qui deſcenderant comitaturi Dominum, præcurrentes nonnulli ut boni nuncii, clamaſſent ad cœlorum janitores: *attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales; & introibit rex gloriæ.* Obſervo hic cum ſacr. DD. Hier. & Greg. Nazian. contineri in hac locutione Angelorum non leve myſterium: non enim dicunt, *aperite portas*, ſed, *attollite portas*: audiamus s. Hieronymum: *Pulchre*, inquit, *levari dicuntur portæ, & in ſublime erigi* (Epiſt. 27. tom. 9.): clarius adhuc, s. Greg. Nazian. *Portis ut attollantur*, inquit, *& ſublimiores fiant, imperat* (Orat. 42.). Itaque juxta ſenſum horum ss. DD. Angeli præcurſores imperabant janitoribus cœlorum, ut ablatis valvis, portæ ſublimiores, capacioreſque, circumcinctis muris, illico fabricentur: quia, *introibit rex gloriæ.* Verumtamen parcite mihi, o ſpiritus cœleſtes, tam humiliter poſco, quam libenter edoceri cupio, dicitote mihi: nonne Chriſtus ingreſſus eſt in uterum Virginis Matris, & novem decurſis menſibus egreſſus, non reſerato clauſtro Virginali? *Ecce Virgo concipiet, & pariet.* [Iſai. 7. 14.] Nonne exivit de ſepulchro poſt reſurrectionem, & in domum *venit januis clauſis, & ſtetit in medio diſcipulorum?* [Joan. 20. 26.] ſed omiſſis terreſtribus ſuſpiciamus cœleſtia: Nonne hic idem Jeſus, qui hodierna luce contendit intrare per portas cœlorum intro, intus exivit ante 33. annos cum deſcendit incarnandus? & tamen nec aperiendas tunc juberi portas cœlorum lego, quanto minus tollendas? bene quidem dicitis, quia *introibit rex gloriæ*, hæc tamen ratio me non ſedat, quia etiam tunc erat æque ac modo, *rex gloriæ.* Divinus Doct. s. Hier. divine ad hoc reſpondet: *Pulchre*, inquit, *levari jubentur, & in ſublime erigi, ſiquidem juxta diſpenſationem carnis, & myſterium, & victoriam crucis, major regrediturad cœlos, quam ad terram deſcenderet* (Epiſt. 27. tom. 9.) o quam bene!

Aſcendentis Dom. portæ cœlorum jubentur levari: cur?

Verum eſt N. quod filius Dei, 241
quando deſcendit cœlitus, erat idem rex gloriæ, nihilominus portas tunc tolli, & dilatari opus non fuit, *quia*, ut fatetur s. Gregorius, *naſcente Domino videbatur Divinitas humiliata, aſcendente vero Domino, eſt humanitas exaltata* (hom. 29.). Itaque optime s. Hie-

Christ. qualiter major ascendit in cœlum quàm in terram descenderat. Admiratur, & interrogant Angeli: quis est &c.: cur?

Hieron. *major regreditur in cœlum, quam ad terram descenderet.* Adverto quidem fore, ut nonnullus subtilis ingenii profundus Theologus dicat: Filius Dei, cum sit infinitus semper & immensus, nec major usquam potest esse, nec minor. Respondebimus tamen illi: absit quod nos; cum sac. Doct. Divo Hieron. æstimemus Dei filium in suo esse, in quo sempiterne infinitus est æqualiter, possit esse major aut minor, *intensive*: sed nec ille nobis negare poterit, filium Dei posse esse majorem, *extensive*, juxta *dispensationem carnis, & mysterium crucis*, diffundendo, nempe, & communicando magnificentiam suam, splendorem, & gloriam, non modo sacratissimæ carni suæ, verum etiam signis, & instrumentis suæ passionis, qua difusione, & communicatione, utique major *extensive* regreditur in cœlum, quam ad terram descenderat. Sed quid taceo Doctoris Gentium testimonium, confirmans hunc conceptum? Cum Christus descendit in terram, *humiliavit semetipsum factus obediens*, Patri æterno, *usque ad mortem*, inquit ipse, *propter quod & Deus*, Pater, *exaltavit illum*, quatenus ei, *omne genu flectatur, cœlest. terrestr. & infernorum* [ad Philip. 2. 8.]: voluitque celebrari triumphalem ejus ascensionem cum pompa, magnificentia & gloria, a sæculis inaudita. Si igitur cives Romani, ad augendam gloriam ingressus ducum suorum triumphantium, amotis valvis murisque circumcinctis, portas efficiebant capaciores: an minus facere debuerant cives Jerosolymæ cœlestis, Regi suo in illam triumphaliter ingressuro? absit! imo tam majora, quam major hic, illis. Idcirco nuncii præcurrentes clamabant: *attollite portas, principes vestras*: cito, cito, collegæ nostri janitorum præpositi, cito amotis valvis, portas fabricate capaciores, & altiores, non enim fas est, ut confundatur elegantissimus ordo hujus gloriosæ processionis, ob angustiam portarum; neque, ut vexillum crucis sanctissimæ inclinetur, ob earum demissionem, *& introibit rex gloriæ*, cum gloriosa societate liberatorum, & glorificatorum suorum captivorum inconcussis acie bus tam eleganter a se dispositis, minusque vexillis instrumentorum, ac signorum sui triumphi, & præsertim sanctiss. crucis, demissis. Ecce vobis N. reseratum mysterium, quare portæ cœlorum hodierna luce, non modo aperiri jubentur, sed etiam attolli, & in sublime erigi. Illico tamen janitores intus alium submittunt nodum nobis solvendum, seu novum mysterium discendum præsentant: unde nequaquam debemus demittere oculos, atque avertere ab hocce Rege gloriæ intrante in cœlestem Jerosolymam, priusquam nodus hic nobis solvatur, & discamus mysterium.

241 Audito enim Principes janitorum cœlestium juberi, ut amoveantur valvæ, & sublimiores fabricentur portæ æternales, elevata voce omnes clamare cœperunt: *Quis est iste rex gloriæ?* (Psal. 23. 8.) Subsisto hic N. & considero: forsan ignorabant illi spiritus cœlestes esse filium Dei? nullo modo, non enim posset esse, *rex gloriæ*, nisi esset Deus: Si igitur præcursores Salvatoris illis jam nuntiaverant, ingressurum esse regem gloriæ, utique nuntiarunt esse filium Dei, cum rex gloriæ alter, quam Deus, esse non possit; ad quid igitur tanta admiratio, & interrogatio,

quis

quis est iste rex gloriæ ? proculdubio mysterium hic contineri necesse est. Fateor equidem N., quod ego in profunditate mysterii mergerer potius, quam enatarem, nisi sol Doctorum Ecclesiæ Catholicæ s. Augustinus mihi manum porrigeret, dicens: *Viderunt cœlites cuncti speciosum vulneribus Christum, & admirantes fulgentia Divinæ virtutis vexilla, talibus concrepant hymnis: quis est iste rex gloriæ* [Serm. 178.]? O quam eleganter hic s. Pater colluſtrat meum conceptum, dictum paulo ante, quod nempe Christus refundendo gloriam suam & magnificentiam, *extensive*, in vexilla ss. crucis, cæterorumque instrumentorum passionis, vehementer fuerit magnificatus: & quod quinque sacratissima vulnera splendentia ex Divino ejus corpore, complementum fuerint, atque condimentum omnium pulchritudinum hujus triumphalis sui ingressus in Jerosolymam cœlestem! Hoc est illud utique, quod de Josepho in littera; sed de Christo in spiritu, prænuntiavit senex Patriarcha s. Jacob, dicens: *Filius accrescens, & decorus aspectu: filiæ discurrerunt per murum* (Gen. 49. 22.): Ut enim filiæ seu cives cœlestes audiverunt, insolitum mandatum, de elevandis, & dilatandis portis æternalibus, quasi impatientes præstolandi ingressum, ut ordine intueantur illum, conscendunt muros Jerosolymæ cœlestis, & prospicientes per senestras, intuiti Christum appropinquantem, in tanta magnificentia gloriosæ societatis, a mancipatu liberatæ; in tanta gloria comitum distributorum eleganti ordine, sub vexillis fulgentibus instrumentorum passionis ejus, sacratissima cruce præcedente, utpote potissimum insigne sui triumphi: atque in tanto ornatu, & pulchritudine ss. quinque plagarum, quæ radiabant a Divino ejus corpore, plusquam si quintuplici sole fuisset instructum: invicem per muros discurrunt, o quam hic *Dei filius accrescens, & decorus aspectu*! Alii cum Davide minurizando: vere, vere, inquiebant, *speciosus forma præ filiis hominum* (Psal. 44. 3.), respondentibus aliis cum eodem Vate coronato: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non est finis* (Psal. 144. 3.): Nonnulli vocem dirigendo recta ad filium Dei triumphatorem, canebant, o Rex noster, *Domine Deus, magnificatus es vehementer; & decorem indutsti*. (Psal. 103. 1. 2.) Tandem cum portæ, juxta mandatum, jam paratæ essent, ecce ingrediente Domino elevant omnes vocem, & non tam admirando, quam præcinendo illi intus, *concrepant*, ut inquit S. Pater Augustinus. *talibus hymnis: quis est iste rex gloriæ*? respondentibus a foris iis, qui eum comitabantur: hic est: *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio* (Ibidem). Cum his itaque, similibusque canticis, ingressus est salvator noster triumphans in cœlestem Jerosolymam: cujus cives cum ingenti gaudio, & exultatione, genua coram illo flectentes, & adorantes eum exceperunt. Hic ergo respiremus.

PARS SECUNDA.

ECCE dilectissimi Fratres, 241
cum rationibus, tum testimoniis sacrarum Scripturarum, & Doctorum ostendi vobis, non esse diem in anni circulo, in qua civibus Jerosolymæ cœlestis exaltatio tanta accidit, gaudium & lætitia; neque Redemptori

nostro, Christo triumphatori, exaltatio tanta, honor & gloria, quanta accidit luce hodierna, in qua *assumptus est in cœlum*, (Marci 16. 19.) cum prælaudata magnificentia: Si tandem credendo in eum, sursum secundum magnam misericordiam suam pervenerimus; tunc sublimitatem throni ejus, digito vobis ostendam; in quo, teste s. Evangelio, *sedet a dextris Dei* [Marci ibidem]: regnans cum Patre & Spiritu Sancto; ubi serviunt & assistunt millia millium angelorum, diu noctuque suaviter canentium, & dicentium *voce magna*, uti testatur fidelissimus, & veracissimus testis, & Apost. s. Joan. *dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & Divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem* [Apoc. 5. 12.]. Nunc autem terminando, serm. verto ad vos; qui sumus hic in militanti regno, s. Ecclesiæ, & invito universos, cum divino Psalte: *Jubilate Deo in voce exultationis: quoniam Dominus excelsus... Ascendit in jubilo* (Psal. 46. 1. 2. 5.). Si enim cives illius regni triumphantis, propter ascensionem ejus tanta lætitia, & exultatione hodiernam diem celebrant, quantum hactenus audistis; nobis utique, multo majori cum ratione similiter est celebranda: primo propter utilitatem, quam hæc triumphalis ascensio Domini fructificavit Ecclesiæ: secundo propter honorem, & gloriam, quam lucrata est, per eamdem, natura nostra humana. Primo inquam, celebranda est nobis ascensio Domini cum maxima exultatione, & pietate, propter utilitatem, quia hæc est illa dies, in qua juxta prophetiam Vatis s. Habacuc: *Sol & Luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum, & in splendore fulgurantis hastæ*. [3. 11.] Audiamus hic, quæso, explicationem s. Greg. *Quid solis nomine*, inquit s. Doct. *nisi Dominus, & quæ lunæ nomine, nisi Ecclesia designatur? quousque enim Dominus ascendit, s. Ecclesia adversa omnino formidavit, at ejus ascensione roborata, aperte prædicavit, quod occulte credidit* [S. Greg. apud March. in hor. past. de ascens. Dom.]. Quam præclare! Utique enim ante ascensionem fides non palam erat, sed abscondita quodammodo Jerosolymis in 12. Apost. & aliquot discipulis. At cum hodierna die, *elevatus est sol justitiæ* (Malach. 4. 2.): Christus Dominus, & *stetit in tabernaculo suo*, æterni throni cœlestis, illico etiam *lunæ stetit in tabernaculo suo* firmatæ libertatis suæ, & roboratæ: unde, in *luce sagittarum* prædicationis Apostolorum brevi innumeros populos per universum orbem fidei subjecit; uti prophetavit coronatus Psaltes, *sagittæ tuæ acutæ populi sub te cadent*. (Psal. 44. 6.) Ubi vero infidelitatis tenebræ erant adeo densæ, ut *in luce sagittarum*, prædicationis fides non appareat: ecce lucidissimus *sol justitiæ* Christus, quantum ad altius solium, *nubes suscepit eum*, & sublimavit, tantum fortius, *orieus ex alto* (Lucæ 1. 78.) radiis *hastæ suæ*, signorum & prodigiorum illuminans lunam, seu Ecclesiam, prædicationis lucem perficiebat splendore: unde intelligi potest dixisse s. prophetam de Apostolis, *ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ*: & revera, si prædicatio Apost. erant *sagittæ acutæ*, acutior hasta erant miracula, quibus fulgurando fidem dissemina-verunt per orbem universum. Nec tamen solam fidei dilatationem,

In ascensione Dom. nobis est exultandum cũ Angelis, imo magis, primo ob utilitatem nostram.

Ascens. dilatat. fid. sp. charit.

nem, glorioſa aſcenſio Domini fructificavit Eccleſiæ, ſed cunctis quoque fidelibus ſpei incrementum conſequendæ gloriæ cœleſtis: de quibus vaticinium illud intellexerim s. Micheæ: *aſcendet pandens iter, ante eos... rex eorum*. [2. 13.] q. d. Chriſtus aſcendens, & ſecum ducens captivos liberatos, in cœlum, quo nullus hominum ante iverat, cunctis ſuis fidelibus ſpem augebit illuc perveniendi, & quidem præter myſterium explicatum, hoc quoque, crediderim, ſignificat valvarum, & portarum cœleſtium elevatio, ut nempe, non ſicut pro priori claudantur, ſed cunctis fidelibus, ingredi per bona opera contendentibus, pateat introitus. Fructificavit tandem augmentum charitatis: quis enim non gliſceret in amore erga Dominum tam amabilem, & beneficum, qui pergens triumphaliter hodierna luce in gloriam cœleſtem, non modo iter nobis pandit, ſed eamdem gloriam quoque promittit dicens: *vado parare vobis locum* (Joan. 14. 1.), &, *ubi ego ſum illic ſit & miniſter meus* (Joan. 12. 26.), qua promiſſione animat ſuos fideles ad ſibi ſerviendum, & inflammat pariter ad ſe diligendum. Ecce quantam utilitatem N. nobis fructificavit triumphalis hodierna aſcenſionis feſtivitas! ſed quid dicam de honore, & gloria, quam lucrata eſt per eamdem noſtra natura humana?

Hoc conſiderare ſufficit, N. quod natura humana, quam omnipotens in Adam creaverat ſpecioſam, & ornatam decore gratiæ ſuæ, & juſtitiæ originalis equidem, *paulo minus ab Angelis* (Pſal. 8. 6.): unde nulla creatura non glorificabat illam, & reverebatur: tamen poſtquam ornamenta hæc per peccatum amiſit, & exulavit Paradiſo terreſtri, tam miſera & vilis facta eſt, quam, teſte s. Jerem. *omnes qui glorificabant eam, ſpraverunt illam, quia viderunt ignominiam ejus: ipſa autem gemens* (Thren. 1. 8.) erubeſcendo præ aliis creaturis, & præ Angelis præſertim conſtitit, per plura annorum millia. Nihilominus cum in utero virginali deſponſata eſſet ſummo Regi omnium regum, unigenito Dei filio, & elevata hodierna die ſuper omnes Angelorum choros, illico juſſi ſunt ſpiritus cœleſtes eam venerari, imo adorare, ita teſtatur Regius Pſaltes ſpiritu prophetico proſpiciens hanc gloriam, honorem, & exaltationem noſtram in Chriſto, & cantans: *Dominus regnavit exultet terra*, (Pſal. 96. 1.) & paulo poſt: *adorate eum*, inquit, *omnes Angeli*: (ibid. ℣. 8.) videte, ſi rationem habuit s. Joan. Chriſ. congratulando de tanta exaltatione noſtra in Chriſto, dicere, *non Angelos apprehendit Deus, ſed noſtram naturam, & ſupra ſedere fecit* [Serm. 175. de temp. 2. de aſcenſ.]. Concludo igitur cum s. Auguſt. dicente: *Aſcenſio Domini glorificatio noſtra eſt*: quo enim ultra extendi potuit gloria, honor, & exaltatio noſtra, quam, quod Deus, ut ſcribit Apoſt. ad Epheſ. *conſedere nos fecit in cœleſtibus in Chriſto Jeſu* [Cap. 2. 6.] ſuper omnes ſpiritus cœleſtes, videte N. quam major eſt nobis ratio, imo obligatio celebrandi hodiernam diem cum maxima exultatione ſpirituali, & devotione, præ illis ipſis ſpiritibus cœleſtibus. Cohiberi tamen non poſſum, neque debeo, de multis lamentari chriſtianis, qui eſto intueantur oculo fidei, naturam noſtram, & humanitatem in capite adeo honoratam, contemnere non erubeſcunt in membris.

Humanitas tam honorata in capite, quam deturpatur in quibusdã membris.

Quod Christus Dominus, ut homo sit caput; omnesque fideles, *membra sunt Christi* (1.Cor.6.15.) testatur Apost. Observemus igitur, supplico, quam in diverso statu reperiatur hæc nostra natura in capite, & in plerisque membris! Si suspicimus in cœlum, videmus sursum illam in capite, ideſt in Christo, dominari Angelis: si demittimus oculos in terram, videmus deorsum illam in quibusdam membris, ideſt in multis christianis, servire dæmonibus. Videmus eam sursum gloria, & honore coronatam, hic deorsum fœditate omnium concupiscentiarum temporalium inflatam. Videmus eam sursum consedere Deo altissimo in throno; hic deorsum subjacere in catenis peccatorum pedibus dæmonum. Videmus sursum tam puram, & lucentem, quam omnes stellas angelicas superat splendore; hic deorsum in multis tam spurcatam & contaminatam, dicam cum Apost. s. Petro, quasi, *Sus lota in volutabro luti* [2. Petri 1. 22.] omnigenarum sœditatum, ut fœtore adæquet dæmones. O triste spectaculum! Cernens hoc s. Petrus Chrisol. suspirando exclamat ad unumquemque similium peccatorum: O homo, *quare tibi tam vilis es, qui tam pretiosus es Deo?* [Serm. 147. n. 2.] *quare sic honoratus a Deo, te ipsum taliter inhonoras?* Concludo igitur sermonem meum verbis, & adhortatione Apostolica: dilectissimi fratres, *quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram* (Coloss. 3. 1. 2.): utimini nor dumtaxat hoc mundo cunctisque bonis ejus, ut jumento, ferendo crucem post Christum, ut eum consequi possitis, *sursum ubi est in dextera Dei sedens* (idem. loc. cit.), & frui potirique illo loco, quod præivit parare nobis, in sæcula sæculorum: Amen.

Digitized by Google

ISTO' SVIDOCSANSTVO VIII.

SLAVO=BOSANSKI

NA

SPASOV DAN.

Razglædaſe neizreçeno velliçanſtvo uzashaſtja Goſpodinova, i unishaſtja ú nebeſa : odkud dovodíſe uzrok daſe veſelimo s' Angeli &c.

Elevatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum ; cumque intuerentur in cœlum.. ecce duo viri aſtiterunt juxta illos in veſtibus albis. Act. 1. 9.

Uzdixeſe, i oblák prími njega od oçiu njiovi ; i kada gledáhu ú nebbo : evo dva çovika stashe kod nji, ú odíchi biloj.

245 VIGENJE, kolliko çudnovato, tolliko ottajno, vidje ú niko vríme Pror. s. Ezechiel, kakoſe zabilixá na pog. 1. proroçanſtva njegóva. Vidje, to jeſt, nebeſa otvorena, i vitar jáki golleme oblake prinoſeechí. Vidje takoger, daſe zamotávashe niki oganj ú iſtom oblaku, izkoga zrake kako zlato ſievajuchi, pogléd oçima, na príliku sunca, zabranjiváhu. Zatím ukazamuſe, *ú srid ognja prilika çetiriu xivínâ* : ú stavnoſti od tiela, *aſpectus eorum ſimilitudo hominis*, biahu, velí, priliçni çovikur. Al shto ottajſtvo najveche ú sebi zdarxí, i ú meni porágja çuddo, jeſt : zashto, *quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni*, imadiashe svako, od onizie çetiriú xivíná, po çetiri obraza, vali, i po çetiri kríla : teh dojſto obraze od razlikie xivujuchí; çoviçí, tojeſt, lavskí, tellechí, i orlov : *ita ut anterius emineret facies hominis primaria, & quaſi propria*, tako da ſpried biashe obraz çoviçí parvaſtí, i kao vlaſtití pram tielom, komu s' deſna biashe priluçen obraz lavskí, s'lieva telechí, á ozgor obraz, i kljun orlov : takomi svidoçe s. pijſma tomaçioci, kod Tirina.

Ispovidam N. daſe tolliko ottajſtví zdarxí ú ovomu proroçanſtvu, kollikoſe ríçí slishá ; ſaſvim tizim nie moja odluka ſada ſviú tomaçiti, nego ſamo slobodimſe rechi, da ú ovoj çetverici, çetverobraznie, i krilatie mladícha, nash ſpaſitelj Iſ. bí prizlamenovan. shto pák ne jedan, nego çetiri ſaſvim príliçna ukazasheſe Proroku, budinam slobodno razumiti, da prizlamenovas-

ut vi- i Ezech. ve biá-

novashe ss. çetiri Ivangelishte, koí doshaſtje Iſuſovo, xivot, kripoſti, çudeſa, muku, uskarſnutje; i danashnje slavno uzashaſtje na nebeſa, sasvim jednako izpiſivashe. A' biahu nakicheni obrazzima çetiriu xivína reçeni, za dva uzroka: parvó, za zlamenovati kraljevsko najvishæ doſtojanſtvo Iſuſovo: zashto, kako reçené çetiri xivine najvishæ miſto, i kraljevsko priſtolje, po nikí naçin darxé: buduchi daje çovik goſpodar, i kralj megju svima xivinam na zemlji; lav, megju svima çetveronoghim diviem; voh, megjú pitomiem; á orao, megju letéchiem: tako dojſlo Iſus sín Boxi parvo miſto darxi, megju svim kollikim ſtvorenjem; buduchi daje on, ne samo kako Boog, nego i kako çovik joshter, po svidoçanſtvu s. Ivana, *Dominus dominorum*, *& rex regum*. Goſpodin od goſpodárá, i kralj od králjá. Drughi uzrok, zashto ú rázliká vrimena, i pod rázlikim ottajſtvi, doſtojaſe nash spaſitegl prilikovati, po niki naçin çetirima reçenim xivinama: jerbo, premdaje Boog od vieka, ú vrieme svoga porogenja uçiniſe çovik: ú vrime muké, kako volak, prikázan bih Ocu Bogu poſvetilishte na otaru priſvetoga krixa: ú vrime uſkarſnutja, nepriatelje pridobivſhi, slobbodan i priják kako lav *od kolina Judina* uſtade iz groba. Naj poslí ú vríme danashgnega slavnog uzashaſtja, *ſicut aquila provocans pullos ſuos*, kako orao kad uçí lèriti ptiche svoje, tollikoſe dixe ú viſinu ſaſvom druxbom svoije ptichá, koje otté i izbavi od jaſtrieba paklenoga, kollikoi uvede ú dvóre nebeské, á on nadashavshi kòre Angeoske svekollike, *ſedet ad dexteram Dei*, namiſtiſe, i ſiddí na deſno Boga Oca viçnjega.

4. xivine Ezek. Kiel. vigen. prizlamenovashe Iſ. od 4. Ivangeliſta píſana.

Buduchiſe dakle uzdigao nash spaſitelj dánas, *& nubes ſuſcepit eum*, i oblák njega primio, nitíga okom tileſnim vishe moremo viditi; odluçioſam primaknuti svitloſt od raazlógá, i ss. piiſáma k'oçíma virre vashé, da razgledati morete i promotriti çudnovato velliçanſtvo, i slavu uzashaſtja gnegova, i prijmljenja ú s. Grád Jeruzolim nebeskí: i tako imachemo uzrok veſelitiſe zajedno s. Angeli, od koiziu dva, *aſſiterunt juxta illos*, ukazashete kód Aposhtolá na bardu Maslínskomu, kad Iſus uzdixeſe, za razgovoriti nji, i s. Czarqui mier naviſtiti. Iſti Goſpodin bio napomoch meni, damu ugodím govorechi doſtojno, á vama da plodno poslushate náſtojechi: i poçinam.

Elevatus eſt, & nubes ſuſcepit eum. Da nikakovie svidoçanſtvi od svetie piiſámá nebi imalí i od nauçiteljá, joshbi sám razlog naravní ú poznanje doveſtinas imao, da na kolu od godine neima dneva, ú koi, illi Iſukarſtu vecha slava i uzvishenje, illí dvorranom nebeskim vecha radoſt i veſelje, dogodiſe; negoli ú oví od uzashaſtja njegova. Buduchi on danas, vrachajuchiſe s' boja, kako najvechi Vojvoda vojskæ svijú obbránie, uzashao ú velliçanſtvu slavodobitja, i unishao ú svoj grad Jeruzolim nebeskí. Jeda ják nie bílo doſtojno, daga gragjani svikollici, kako slavodobitnika Vojvodu, i kralja svoga, s' radoſtju i veſeljem doçekaju neizreçenim, i primè? Imamo doiſto virovati, daſu proveli oní dán ſtollikim veſeljem, slavom, i uzviſivanjem, kolliko mi ni pametju dokuçiti nemoremo, á kamoli izrechi jezikom! Promotrimo, molimvas, ovu nashu dollinu od súzá, gdi, akochemo kollikoſe priſtoi virovati izka-

izkazanjim, koja shtiemo, moremo viditi, dasu kod svakoga naaroda na svitu slavodobitja provogena svellikim velliçanstvom, i Vojvode slavodobitnici ossobitim poshtenjem proslavliáni, i uzvishenjem; premda nijedan národ nedosegnu tolliko, kolliko stárí Rimljani. Ovibo, kadbise dogodio prid Vojskom Vojvoda, koigod od poglavitie vladalácá illiti starishiná Rimskie, pák pridobívshi nepriatelje, kadbise vratio svojské splienom i robjem, za unichi ú Rím slavodobitan; nesamo svetkoválibi oní dán kolliko dabi bíla svetkovina najvecha; nego joshter vas grád, Czarque, kuche, vrata, obloke, paçe i púte isté prikrilibi çoom, i odílom vezenim svilom i zlatom; i nakitili cvítjem mirisavim, i zelenim granjem; pákbi vladaoci, i popovi sasvom gospodom izashli iz grada pram slauodobitnikom s' talambasi, bubnjevi, i svirkama od svake varste, svellikim veseljem pojgravajuchi, pivajuchi, i slavodobitja pripievajuchi Vojvodi slavodobitniku; koibi ishao vozechise na kolí zlatni, coom prikriveni; kogni, koibi ova kolla vozili, takoger bilibi prikriveni, i nakícheni shtose lipshe more. Za njim slídilabi ostaalá kola, kojabi nosila plien; á robjebi ishlo prid njim ú nevolnoj odichi, i osirixení perçína i kósá, za zlamenje izgubljene slobode i robstva svoga. Vojnici pák od gnegove vojske plemenito razregeni, nikibi ottishlí prid njim, kako mushtulukçie, za navístiti ú gradu njegovo slavodobitje, niki za njim çuhajuchi plien, i pazechi; á nikí, teh naj izvarsnitij ishlibi oko njega za lipotu, i poshtenje njegovo. Dogágjásheše joshter kadkad, da za vechiu slavu Vojvode slavodobitnika, i za veche velliçanstvo slavodobitja njegova; kadbi vrata opchennà bíla mallo shirroka, za unichi stakim mloshtvom ne pomarsivshi onoga lipog uregenja od vojníká, razvalilibi zíd na drugomu mistu; illibi vrata dighnulli i kanate, pak okruxivsi zíd, naçiníli vechà i shirrá. Istinaje nishtanemanje, dase ovo çesto nedogagjáshe, nego samo za koje velliko dobitje; nití ni tada, vech akobi Vojvoda slavodobitnik, koije vojskom upravljao, bio jedan od poglavitíe vladalácá i starishiná Rimskie: kako rekosmo.

...znanje, Rim- prisvo- vodo- ke.

Rechichu sada, vrachajuchise na nashe govorenje; Ako gragjani Rimski svoga Duxda, illiti Vojvode slavodobítnika, stollikim velliçanstvom slavodobítja provogjáhu, i svetkováhu; i takog Vojvodu, kadbise s'boja vratio, s'tolikim postenjem doçekujuchi proslavljáhu; jedachemo sciniti, da gragjáni onoga Jeruzolima nebeskoga Vojvodi svom Isukarstu; koise ú slavodobitju svomu vrachashe danas, minjesu uçinili? oslobodi Boxe! nego joshter tolliko imamo virovati dasu veche uçinili, kollikoje on vechi od sviú slavodobitniká zemaljskle, i nebeskie; i kolliko slavodobitje njegovo nadhodí sva osstálá od poçela svieta uçinjená, i kojasu za uçinitise do svarhe istoga. Akobo promotrímo njegovo dostojanstvo, nesamoje on jedan od poglavitie vladalacá Jeruzolima nebeskoga, nego istí králj svega stvorenja koilikoga, jedino-rogení sín Boxí. Oví bih poslan od Oca viçnjega na ovi sviet, da boj bie suprot Djavlu, paklu, i smarti, koe nepriatelje tolliko slavno naddobí, kolliko slomivshí holost djavaosku suxnjemu, koeje od nikolliko iljada godina bio zarobio, izbavi iz

218

Isus udrisse snepriatelji na veliKi petaK, inji pridobi &c.

tav-

tavnicæ, i otté. Pakao takoger, i smart svojoj oblasti sasvim podloxí: Viddilismo ovo çudnovato slavodobitje na uskars, kadasmo imali govorenje od njegova slavnoga voevanja, pridobitja, i uskarsnutja [moresе vidditi ú svidoçanstvu 6. pod bro. 207. í slid.]: Gdismo ukazali kako ovi nash prislavni Vojvoda na bardu od kalvarie udrise snepriateljma svoim na vellikí petak, i buduchi umro na krixu, pridobbí djavla: pák udilj snishavshi ú limbo pridobbí, i porobi pakao; najposlí uskarsnuvshi trechi dán pridobbi smart, nesamo svoju, nego i nashu: paçe tako kljuçe i od smartí, i od pakla uzdarxá kod sebe, da niti smart more koga umoriti, ni proxdrieti pakao, nego oné samo, kojehim on dopustí: takose dóstoja oçitovati pripoljubljenoma uçeniku svom Ivanu, govorechi: *Biosam umró, i evo xivem ú vike vikovà; i imam kljúçe smarti, i pakla.* I buduchi ova svaka junaçki i slavno dovarshio: josh i posli ovoga, za çetardeset dáná, na razlikí mistí ukazujuchise uçenikom, postavio nji, nauçio, i pókripio, da vridno í slobodno mogú vladati, brániti, i razshirivatí kraljestvo s. Czarquæ katoliçanskæ; koje biashe dobbio oruxjem prigorké muké svoje, i smarti, na reçenomu boju, i pristvetim sakramenti ogradio, i utvardio. Ottje ú velliçanstvu slavodobitja svoga povratitise na danasnji dán ú Jeruzolim nebeskí. Nishtanemanje, parvo nego poçnemo razgledati velliçanstvo uzashastja njegova; poshtenje takoger, slavu i radost s' koim bí primljen ú Jeruzolim nebeski od oniziu gragjaná blaxenní; uvratimose, molimvas, çasom ú Jeruzolim zemaliski; za promotriti xalbu Matere njegove, i uçeniká na rastanku.

Evo dakle ú Jeruzolimu, unishavshi ú kuchu od veçere najposlidnje, gledam ú prosvitljenju svidoçbé s. Luke, da Isukarst, danashnji i najposlidnji dan prid uzashastje svoje na nebesa, sastavivshi Aposhtole, i uçenike; gdi biashe i pripoljubljena majka njegova, s' ostalim devotiem gospojama, *conveséens*, blagujuchi zajedno sh' njima, *zapovidiim dase pedile iz Jeruzolima, nego da çekajú ondi duha* s. veli s. Luka. I ottvori njima skrovishte sarca svoga, i svoju odluku, govorechi: *Vado ad eum, qui misit me*, Ja, neka znadere, igem od vas k' onomu, koije poslao mene ovamo; i tako ú lipo razregenu processionu pogjoshe na bardo Maslinsko: ottiuchi rechi: znadete draghi uçenici moi, i Majko pripoljubljena, dasam prie shest nedilja dáná s'ovoga barda maslinskoga ottishao ú Jeruzolim zemaljski na-ono strashno voevanje, za podnieti muku i smart za vashe odkupljenje; á sada vrimeje doshlo dase povratim ú Jeruzolim nebeski, *ad eum, qui misit me*, k'onomu koime poslao; shto çuvshi pripoljubljena majka njegova, nesumljim, da s'uçenici zajedno suze prolishe, zashto premdase radováhu zarad proslavljenja gospodinova, xaljáhu sasvim tizim svoje ostavljenje: odkud xalbu s'radostju mieshajuchi ljubeznive majka, imamo virovati bogoljubno, damu govorashe. Ah, sinko pripoljubljeni, one ranne, koeje bila zadála sarcu momu prixestoka muka tvoja, i smart prigorká, slavno uskarsnutje tvoje biashe izliçilo: Ali sada ovo odashastje tvoje, opetmi nji gorko povrigjuje. Ti igesh slatkosti moja, á mene Majku tvoju ostavljas ú ovoj dolíni od suuza: ali znaj, Isuse sinko moj, da ú nepri-

Isus s'ucenici i Majkom svom ide na bardo Maslinsko blagoslovi beseda ucenika.

pridak, *recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ*: svechuti godine xivota moga ú gorkosti dushe moje provoditi. Tko nezna ovdí, N. da, dokle ove i drughe priliçne rieçi Majka Isusova govorashe, Maria Mandalina, s'ostalim devotiem gospojama, takoger i Apos. s'uçenici potoke suuzá iz oçiú proliváhu: nishtanemanje prislatkí Isus, Meshtar oviziu, á onæ sín, nesamohi uttishi svekolliké, nego joshter radostju napuni sarce njiovo, govorechi; *Non turbetur cor vestrum, neque formidet, credite in me... quia vado parare vobis locum*: Nemojtese smuchivati, velí, ni bojati, virujtemi, da igem pripraviti vama misto, svakom po dostojanstvu svomu, á tvojeche, slatka Majko moja, biti misto na istom pristolju momu na desno moje. Koim riçma tolliko ostashe svi uttisheni, kolliko, *regressi sunt Jerusalem cum gaudio magno*, vratishese, veli s. Luka, ú Jeruzolim sveseljem vellikim.

250 Al prie negose povratishe ú Jeruzolim, kadase blagosivljáhu, i uzdixese Isus, knebesom, *Evo dva çovika*, veli istí s. Luka, *stadoshe kod nij, ú odichi bieloj*: koi ljudi, dasu bíli Angeli ú prilici prilipie mladichá, i dasuse ukazali, za navistiti Czarqui katoliçanskoj sveççano veselje slavnoga dneva ovoga nijedan od ss. nauçitéljá nesumlji: paçe potvargjuju svi s'vellikim s. Garguro m, govorechi: *quidnam est hoc, quod.. ascendente Domino, missi Angeli in albis leguntur vestibus apparuisse?* shtoje ovo, da kad uzogjashe gospodin, poslaní Angeli ukazashese ú bieloj odichi? i tomaçechi ovo skrovishte isti nauçiteglj, nauçno odgovárá: *In albis vestibus gaudium, & solemnitas mentis ostenditur*: ú bieloj odichi veselje, veli, i sveççanost ukazujese. Ali shto scinite, N.? jeda scinite dasusamo ona dva Angela na danashnii dan snishla s'nebésá, koise ukazashe za navistiti kako rekosmo, veselje s. Czarqui, i za razgovoriti Apos., koi gledajuchi ú nebesa za poljubljenim Mestrom svoim, joshter xalost sveseljem miisháhu? rechíchuvam joshter, dasu snishli neizbroeni, zashto, kako prorokova s. Daniel, *Iljadá Iljadá slúxáshe njemu, i desetkrat po sto iljádá dvorashe kod njega*. Niesubo Dvoráni nebeski od Rimskie, nego ovi more biti od onie nauçilí, kakose ima slavodobítnik Vojvoda, kadase vrachá ú grad svoj sa slavodobitjem, primati.

Kakose vidje dakle ú nebesí, da Isukarst poge s'druxbom zemaliskom na bardo od maslíná ú processionu, udiljse pram njim upravi procession mlogo obilnii, i plemenitii duhová nebeskie. Naregénobo bih na prístolju privissokoga, dase uzvelliçáni ovi slavodobitnik prímí, dovede, i uvede ú oni slavni grad, svelliçanstvom, poshtenjem i slavom od vikóvá neçuvenom. Shto dase ispuní cillovito, razredisheše gragjani nebeski, ne samo príprostití Angelí, nego i njiovi poglavári, ú lipu naredbu i plemenitu; njekise odredishe da sniggiu pram njim tja na bardo maslinsko, za pratitiga gori uzodéchega, á niki na vrata nebeska, za çekatiga, i primiti kada dogé. Doklese dakle Is. blagosovi s'Materom, i s'uçenici, jurve biahu snishlí Angelí neizbroení: i tako uzvelliçáni oví slavodobitnik danashnji dan poslí pòdne na bardu Maslinskomu uzage na kolla zlatna, od prisjajnoga oblák : zashto, kakoe shtiveno ú danashnjoj pishtolí: *Uzdixese i*

i Isus de dva Ange- kazas-, alsu broení lí za rasiti-

Digitized by Google

Uzashaſtje goſpodino-vo Kolli-Koe uzvellicano, i proslavljeno.

oblak primi njega. Csujaúſe tada piſsme ptipivajuuche njegovu slavodobitju: piváshe jedan koor, illiti ſtrána, *quis eſt iſte rex gloriæ*? Tko jeſt tih kralj od slavæ? koi uzodí s' velliçanſtvom toljikim i lipotom, *ſpecioſus forma præ filiis hominum*, ghizdav tolliko svarhu ſinova çoviçanskie? odgovarajuchi druga ſtrána, ovoje, *Dominus fortis & potens*, *Dominus potens in prælio*: Goſpodín, velí, jáki, i mogúchí: Goſpodin mogúchí ú boju. Zvonjáshe po arij vappaj od radoſtí, i glás od truublja: zashtobo, *uzajde*, veli okrunjeni prorok, *Boog ú radoſti*, *i goſpodin ú gláſu truublje*. Za svakom piſsmom i glaſom od truublje; çujasheſe, kako svidoçí s. Ivan, vapaj *od iljadu iljádá Angélá*, *koi*, veli, *govorahu glaſom vellikim*: *doſtojan jeſt Jaganjac*, *koije ubjen*, *primiti kripoſt*, *i boxanſtvo*, *i mudroſt*, *i jakoſt*, *i poshtenje*, *i slavu*, *i blagoſtvljanje*.. *ú víke vikóvá*. Uzmloxáshe ovom slavodobitniku poshtenje i slavu plien od njegova dobitka, kojaga slígjáshe: zashto po svidoçbi s. Pavla, *uzodechi ú viſinu*, *zaplienjenu odvedde plien*. Uzmloxáshe velliçanſtvo, njegova podilnoſt: zashto, *dedit dona hominibus*, davashe darove ljudma, buduchi, da, po obíçaju vellikæ goſpodæ, proſippáshe pineze milloſtí svoije ſiromahom grísnikom; odkud velí s. Gargur, *bodie deletum eſt chirographum damnationis noſtræ*, danasje pomarsheno piiſmo oſſugenja nashega: í vráta rajska, nakoja od ljudí nitko josh nebiashe uníshao, premda biashe proshlo od njiova ſtvorenja nikolliko iljadá godina, plemenu ljuskomu ottvoríſheſe, i danas poçeshe ljudi ú raj nebeskí unioditi. Uzmloxáshe najpoſlí svemu slavnon ovom proceſſionu lipotu robje, koe neigjashe ú odichi hergjavoj, kako robje Vojvoddá Rimskie, niti odrezaní kósá; nego svi pod krunama viçnjæ slavæ, *amicti ſtolis albis*, *& palmæ in manibus eorum*, obuçeni, veli s. Ivan, odichom ghizdavom bielom, noſechi çelenke ú rukam svoim, za zlamenje odkupljenja, i oslobogenja. O plemenita druxtva! o ghizdava proceſſiona! o uzashaſtja slavna! I sasvim tizim, biſteli vírovali, N. da niſmo josh ni taknuli ono shtoje najghizdavie ú ovom proceſſionu i najslavnie? nut uprimo oçima molimvas, i promotrimo aláte i zlamenja odkupitelja nashega i odkupljenja, tada toparvo vidichemo lipotu, i velliçanſtvo.

Na uzashaſtju Goſp. velliçanſtvo uzmloxa podilnoſt: á plien slavu i poshtenje.

Ivangelishta s. Mattiæ na pogl. 24. govorechi od ſtrashnega súda, veli; *Tunc parebit ſignum filii hominis in cœlo*: tada, veli, ukazacheſe zlamenje sína çoviçanskoga na nebu. Akome pitate, kakvoje ovo zlamenje? odgovorichuvam s' Jerolimom s. da nie drugo nego *priſveti krix*: kada dakle ſcinite daje zlamenje ovo priſvetoga krixa odnesheno ú nebeſa, nego ú danashnjemu slavnom proceſſionu? zashtobo ako ima ukazatiſe priſv. krix ljudma, koi budú na zemlji, ozgor snebéſah, kada Iſus uzsniodí opet za suuditi sviet, kakonoti priiſtolje, i zlamenje oblaſti njegovæ, i mochi; zatobo, kako svidoçí Apoſ. *exaltavit eum Deus*: Otac nebeski uzviſi gnega na oblaſt tolliku, i doſtojanſtvo, zashto on prie, *ponizi ſamoga sebe tja do ſmarti krixa*: jeda nie josh svechim uzrokom imao ukazatiſe na danashnji dan gragjánom nebeskim, kad uzhogjashe da ulizé slavodobitan ú nebo, kakonoti priſtolje, i zlamenje oſſobito njegova slavodobitja? pa-

çe

ce josh imamo bogoljubno virovati, da ne ſamo zlamenje priſv. krixa, nego ſullice, ſungera, çaválá, i oſtalie allátá muke njegove sva zlaménja, kako oruxje njegova slavnoga dobítka, ú slavnomu ovom proceſſionu, nosháúſe od Angélá, koja biáhu za najvechu slavu í poshtenje; velicanſtvo i uzvishenje slavodobitniku Iſusu kod svega dvora nebeskoga: i zaradi toga obiçajemo ú proceſſionie, tja do danashnjega dneva, priſveti krix noſiti za barjak.

Priſvete nne najchiom itloſtju, lipotom izdáhu a haſtje ſpod.

Zavarshenje najposli, i záççina tolliko velliçanſtva, i slavæ; kolliko svitloſti i lipotæ svega ovoga proceſſiona, i slavnoga uzashaſtja Iſuſova, biahu zlamenja od nashega odkupljenja, toieſt ono pét priſvétie raanah na tielu njegovu. Ové, drágá Bratjo moja, ovæ, zarád neizmirne lipoté svojæ, i svitloſti, ú zaçugenje metnushe iſte duhove nebeske tólliko, daſe megju sobom poçeshe pijtati: *quis eſt iſte rex gloriæ?* kakavje, koilie toh kralj od slave, tolliko nakichen, uzvelliçan i proslavljen? Nechu kaſmuti poſtenja dat ovoga iſtinnoga svidoçanſtva okrunjenomu proroku: Gdichemo promotriti unishaſtje ovoga slavodobítnika ú Jeruzolim nebeski; zashto do sada ſamoſmo motrili njega putem uzhodéchega k'nebu.

252 Dovodim dakle iz Pſalma, illiti piſsme Davidove 23. koi duhom proroçanskim vigjáshe doshaſtá, kako ſadanjá, da Angeli nikí, od oviziu, koi biahu snishli pratit gori Goſpodina knebeſom, pritarkavshi, kako mushtulukçie, vappiáhu k' vratarom nebeskim: *Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ*: Dighnite, veli, poglavari, i ſtariſſine vratarske, dignite vrata vasha, i nekſe podignú vrata viçnja, í unichiche kralj od slave. Promishljam ovdi sa svetim nauçitelji Jeronimom, i Gargurom Nazianzenom, daſe velliko skrovishte zatvorá, ú ovom govorenju Angeoskomu: nevelebo: *aperite portas*, ottvorite vrata, nego, *attollite portas*, dighnite vrata: nut poslishajmo s. Jerolíma: *pulchre levari dicuntur portæ, & in ſublime erigi*: lipo, veli, daſe vrata dignu govoriſe, i daſe visha naçinæ. Iſtó potvargjuje s. Gargur Nazianzen: *Portis, ut attollantur, & ſublimiores fiant imperat*, vratma, veli, zapovidá daſe dignu, i vishá naçinæ. Dakle po razzumu ovizie dviu nauçitéljá, Angeli mushtulukçie zapovidaju vratarom nebeskijm, da izſtavivshi, í dignuvshi kanate, vrata visha, i proſtranniá udiljſe naçine, *quia introibit rex gloriæ*, zashto, veli, ima unichi Kralj od slavæ. Ali opproſtitemi duhovi nebeski, tolliko ponizno proſim, kolliko dragovoljno nauçitiſe xelim, recitemí molimvas. Nieli Iſukarſt unishao ú utrobu B. D. Majke svoje, i nakon devet miſeci opet i zashao, neotvorivshí zátvora diviçanskoga? buduchi da Iſaia govorí, *Evoche Divica zaçeti i poroditi*. Níeli izashao, po uskarſnutju iz grobba, i ú kuchu, *doge, vratma zatvorenim, i ſtadde na srid içenikà*? Al oſtavivshi dogagjáje zemaljske pogledajmo nebeské: nieli ovi iſti Iſus, koi náſtoi danashnji dán unichi na vrata nebeska ú nutra, nieli reko, kroz iſta vrata iznutra izashao prie 33. godine, kada snige za uçinitiſe çovikom? i saſvim tizim, ne shtiem daſe i ottvoriti tada zapovidájú vrata, á kamoli izſtaviti i dignuti! Dobro govorite iſtinaje, zashto, *introibit rex gloriæ*, unichi ima kralj

ad Iſde, zajajuſe ut i roſtra- vratæ sKa; i io?

slavæ : al ovíme razlog umieriti nemore: zashto i ondá, ne manje, negoli sadá onje bio, *kralj slavæ*. Odgovárámi na ovo Boxanſtvení nauçitelj s. Jerolim, ovim rijçma; Liepoſe, veli, zapovidá, daſe dignú vrata, i visha naçine, *ſiquidem juxta diſpenſationem carnis, & myſterium, & victoriam crucis, major regreditur ad cęles, quam ad terram deſcenderit* : zashtobo po razdiljenju puttí, i ottajſtvu i dobitku krixa, vechiſe vrachá na nebeſa, negolie na zemlju snishao. O plemenita odgovora!

253 Iſtinaje, Bratjo polib. Da sín B. kada snige snebesá biashe iſti *kralj slavæ*; nishtanemanje nie potribe bilo, daſe dixú vrata ondá i razshirujú: *zashto*, velí, s. Gargur, *kadaſe poragjashe goſpodin, vigjáshheſe Boxanſtvo pomixeno, á kada uzhogjáshe goſpodin çoviçanſtvo jeſt uzvisheno* : Dakle plemenito reçe s. Jerolim, *vechiſe vrachá na nebo, negolie na zemlju snishao*. Oſlichamſe ú iſtinu, daſe more naach tanke pameti i oshtre Bogoslovácá, koichemi rechi: sín Boxi, buduchi neſvarshen vazda, i neizmirní, nith more kada biti vechi, ni manji, nego sve jednako ú neizmirnoſti svojoj ſtoi. Alchemomu odgovoriti, Boog nas ſaçuvao, zajedno s'Boxanſtveniem nauçiteljom s. Jerol. da mì scínímo, da sín B. ú svomu bijtju vechí more biti kadgod illí magní ſuuzetnim naçinom! alí neche nion mochi nam zatajat, da more biti vechí naçinom razshirenim, *juxta diſpenſationem carnis, & myſterium crucis*, po razdiljenju putti, kako reççe s. Jerol. i ottajſtva s. krixa. Razshirujuchi, to jeſt, i razlievajuchi velliçanſtvo svoje, svitloſt, i slavu, ne samo ú tielo svoje Boxanſtveno, nego josh i ú aláte svojæ mukæ : pokomu razlivénju, i razshirenju, iſtinaje da on *intenſive*, to jeſt, ſuuzetnim naçinom, nemore biti vechi; al bivá vechí, *extenſive*, naçinom razshirujuchim, kako govore iſtí Bogoslovci.

Iſuk. vechij uzage na neb. negoje snishao i Kako?

Mah, gdiſam oſtavio ú muçanju svidoçanſtvo Apos. nauçitelja od naaródá, koemi potvargjujæ ova zaçetja. Kada Iſus sníge na zemlju, *ponízi* veli, *sámogaſebe uçinivshiſe poslushan tja do smarti*, Ocu svomu, shta radi, i otac njega uzviſi tako, da prid njim, *omne genu flectatur*, svakoſe kollino klanja, nebesko, zemaljsko, i paklено : i ottje daſe provedde, i svetkuje uzashaſtje njegovo svelliçanſtvom, poshtenjem, i slavom, od vikoová neçuvenom. Ako dakle gragjani Rimskí, za uzmloxati slavu unishaſtja slavodobitnie Vojvòdá svoije, dignuvshi kanate, i okruxivshi zidove naçinjáhu za unishaſtje njiovo vrata proſtranniá; jedaſu manje imali çiniti gragjàni nebeski svomu Kralju, koi imadiashe unichí ú oni s. Jeruzolim slavodobitno. Ah, niſu manje uçinili, nego tolliko veche, kollikoje vechi slavodobitnik oví, od onízíu! zatomushtulukçie dotarkavshi vapiáhu : *attollite portas, principes veſtras* : barzo, barzo druxinonasha, poglavari vratarski, barzo dighnuvshi kanate, vrata naçinite proſtranniá í vishá zashto nie potriba, daſe pomarsí prilieçá naredba ovoga slavnog proceſſiona, zaradi tiſnoche od vrátá; niti daſe barjak krixa priſv. prighibá, i ſpushchá, zaradi njiove nixinæ : zashto, *introibit rex gloriæ*, evoſe priblixa, i unichi oche nash kralj od slavæ, saſvim druxtvom izbavljenje robova, i proslavljenie,

nie, ne pomarſivshi uregenja, i dizzíá tolliko lipo razregenie, niti prighibajuchi, i ſpushtajuchi Barjáká, i zlameenjá od slavodobitja svoga, á navlaſtito priſvetoga krixa. Evovam N. ottvoreno ottajſtvo, zashtoſe zapovidáshe, daſe vrata nebeska na dán uzashaſtja goſpodinova shirrá uçinæ i vishá. Al evo udiljnam vratari iznutra prikazujú drughi úzao za razdrishitiſe, illití novo ottajſtvo za razumittiſe: odkud neimamo ſpuſtit oçiuh, i okrenuti od ovoga králja slavodobitno uniodechéga ú Jeruzolím nebeski, dogodinamſe ovi uzao ne oddrieshi, i nerazumiemo ovog novoga ottajſtva.

Csuvshibo poglavári vratárá nebeskie zapovidatiſe, daſe dignu kanati, i vrata víçnja uçine proſtranniá, uzdigavshi glás vappiti poçéshe: *quis eſt iſte rex gloriæ?* Tkoje, velè, tí kralj od slavæ? Stajém ovdi N. i promishljam: jeda neznadiáhu oni duhovi nebeski, da biashe sín Boxi? toſe rechi nemore, zashto nebi mogao biti *kralj od slavæ*, kadbi nebio Boog; akoim dakle mushtulukçie jur navishtiváhu daje *kralj od slavæ*, doiſto navishtiváhu ú iſto doba, daje sín B. buduchi da *kralj od slavæ*, drughi, izvan Boga, biti nemore: odkud dakle tolliko zaçugenje, i zapitivanje: *Tkoje tí kralj od slavæ?* ſtanovito ima ovdí koegod ottajſtvo. Iſpovidam ú iſtinu Br. moja dabiſe ja utoppio prie ú dubini ottajſtva ovoga, negolibi iſplivao; almi, za neutopitiſe, pruxá ruku ſunce od naucitéljá Czarque katol. s. Aguſtin, gdino pishè, govorechi: *Viderunt cęlites cuncti ſpecioſum vulneribus Chriſtum, & admirantes fulgentia Divinæ virtutis ve-xilla, talibus concrepant hymnis: quis eſt iſte rex gloriæ?* Vidjeshe, velí, svi dvorani nebeskí ghizdava rannama Iſukarſta, i çudechiſe, i razgledajuchi kriposti Boxanſtvenæ sjajnæ barjake, takim zagarmishe piſsmama: tkoje tí králj od slavæ O kolliko plemenito ovi s. Otac prosvitljujæ moje zaçetje mallo prie reçenò: to jeſt, da Iſuk. razlívajuchi slavu svoju, lipotu, i svitloſt ú krix, i ú oſtálá zlamenja mukæ svojæ, i slavodobítja, vehomaſe jeſt uzveliçao: i daſu priſvetæ ranne njegove zavarshenje bíle, i zaaçina sviú lipootá ovoga slavodobitnoga unishaſtja njegova ú Jeruzolim nebeski.

Ovoje doiſto ono, shto od Jozipa ú slovu, alli od Iſuſa ú duhu prorokujuchi govorashe ſtarac Patriarka s. Jakov: *Filius accreſcens, & decorus aſpectu; filiæ diſcurrerunt per murum*, sín koi raaſte, i ghizdav ú poglédu, kcherí razgovárahuſe pozìdu: kakobo kcheri, illití gragjani nebeski çushe neobiçajnu zapovid, daſe dignú, i razshíre vrata viçnja; nemoguchi poniki naçin imat uſtarpljenja, dagaſe nagledaju po rédu, kad unigé, poposheſe po zidovie Jeruzolima nebeskoga, i provirujuchi kroz obloke, viddivſi daſe priblixá Iſus ú tollikomu velìçanſtvu slavnoga druxtva, izbavljenoga iz ſuxanſtva; ú tollikoj slavi pratilácá, ú lipo i plemenito naregenje i razregenie, pod sjajnim barjaci zlaménjá mukæ njegovæ, á priſveti krix, kakonoti oſſobitò zlamenje slavodobitja njegova naprida biashe; videchiga takoger nakichena tollikom lipotom od priſvetie pét raaná, koje iz Boxanſtvenoga tiela njegova zrake pushtajuchi, ſieváhu vishe nego

Kolliko bi velliçanſtvo Iſus. i gragjáná nebeſ. vadoſt. Kad unige Iſus ú nebo.

dabi

dabi peterim suncem bilo nakicheno : viddivshi reko , kcheri , illiti gragiáni nebeski , sve ovo velliçanſtvo , lipotu , i nakichenje , razgovarahuſe megjuſobom po zidovi , *filius accreſcens* , *& decorus* , ó kollikoje ovi sín Boxi uzraſtao , i uzmloxaoſe ú velliçanſtvu ! ó kollikoje ghizdav i nakichen ! niki s'okrunjenim prorckom pivahu pod glás ; *ſpecioſus forma præ filiis hominum* : doiſto , doiſto lipshie ú obliçju od sviu ſinovçoviçanskie : odgováráhu drughí , s'iſtim prorokom : *Magnus Dominus , & laudabilis nimis , & magnitudinis ejus non eſt finis* : Vellik goſpodin , i za poffalitiſe vehoma , i velliçanſtvu njegovu neima svarhe . Najposli , kad vrata , po zapovidi bishe dignuta , razprostranjena ; Dok uniogjáshe unutra goſpodin , uzdigoshe svi glás zajedno vapiuchi , ne tollíko çudechiſe , kolliko pripievajuchi slave slavodobitniku , oni iz nutra , kako svidoçi s. Aguſ. *concrepant talibus hymnis* : *quis eſt iſte rex gloriæ ?* zagarmishe , veli , ovakim piſsmamá , Tkojeſt ovi kralj od slavæ ? A ovi zdvóra , koiſuga dopratili , odgováráhu : ovoje , *Dominus fortis & potens* , *Dominus potens in prælio* , ovoje , vele , goſpodin jaakí , i mogúchi , goſpodin moguuchí na boju ; s'ovim dakle , i priliçnim piſsmama , unige nash odkupitegl ú svoj grad Jeruz. nebeski ú velliçanſtvu slavodobitja svoga ; i prímishega njegovi gragjani sveſeljem neizreçenim , i poshtenjem ; kleçuchi pridnjim , i klanjajuchimuſe : ovdi dakle odpoçinimo .

Dio Drughí .

Evo , bratjo poljubljena , tolliko razlozi kolliko svidoçanſtvi ss. piiſamá , i nauçitéljá ukazavam , da nakolu od godine neima dneva , ú koiſe gragjaanom nebeskim radoſt tollika i veſelje ; i ſpaſitelju nashem dogodila slava tollika i uzvishenje , kolliko na danashnji dán , na koi , *aſſumptus eſt in cœlum* , bi primljen na nebo , s'reçenim velliçanſtvom , i poshtenjem . Ako pák virujuchi ú njega , dojdemo gori po milloſti njegovoj , tadachuvam viſſinu priiſtolja njegova ukazati parſtom , gdi *ſedet a dextris Dei* ſidí na deſno Boga Oca , kraljujuchi s'iſtim , i Duhom svetim ; á iljade iljadá Angèlá , sluxechimu i dvorechi dnevom , i nochu pivajú , i govore vellikim glaſom , kako svidoçi s. Ivan ú oçitovanju svomu : *Doſtojan jeſt jaganjac , koi ubijen jeſt , primiti kripoſt , i Boxanſtvo , i mudroſt , i jakoſt , i poshtenje , i slavu , i blagoſivljanje , ú vike vikóvá* . A' sada govorenje svarshujuchi obracham knama , koiſmo ú ovomu kraljeſtvu vojujuchemu , s. Czarquæ katoliçanskæ ; i zazivam svekollike , s'pivaocem Boxanſtvenim : *Jubilate Deo in voce exultationis* , poigravajte Bogu ú gláſu od radoſti : *quoniam Dominus excelſus .... aſcendit in jubilo* ; zashto , veli , Goſpodin priviſoki ú veſelju , ú slavi , i ú radoſti uzajde ú kraljeſtvo slavodobitno : zashto ako gragjani nebeski tolliku radoſt i veſelje çiné na danashnji dán , kolliko rekoſmo , i çuſte ; josh svechim razlogom imamo mi çiniti : parvó , zaradi koriſti , koju plodí svetoj Czarqui ovo slavodobitno uzashaſtje goſpodinovo :

novo : drugo zaradi poshtenja i slavæ , koju po istomu zadobí narav nasha çoviçanska.

Parvo , reko imamo sprivelikim veseljem duhovnim , i Bogoljubstvom svetkovati uzashastje gospodinovo , zaradi koristi nashæ : zashto ovoje dán oni , ú koi , po proroçanstvu Proroka s. Abakuka : *Sol & Luna steterunt in habitaculo suo , in luce sagittarum , & in splendore fulgurantis hastæ :* sunce i misec stadoshe ú pribivalishtu svomu , ú svitlosti strílá , i ú sjajnosti sievajuuchæ sullicæ . Poslushajte sada s. Gargura Papu kako liepo tomaçi ove ríçi s. piisma ; *quid Solis nomine nisi Dominus ?* shto , veli , imenom od sunca , nego gospodin ; *shtoli imenom od Miseca nego Czarqua zlamenujese ; quousque enim Dominus ascendit , s. Ecclesia adversa omnino formidavit* , doklegodibo gospodin na nebesa ne uzage s. Czarqua od suprotivshtína doistose strashásshe ; *At ejus ascensione roborata , aperte prædicavit , quod occulte credidit* : Al njegovim velí uzashastjem osnáxena , oçito pripovieda , shto virova skrovito . O kollíkonas uçí plemenito ovì s. Otac ! Doistobo prie uzashastja gospodinova, virra nebiashe oçita , nego sakrivena ù Jeruzolimu ú 12. Apostolá, i ú nikolliko uçenika . Alí kada na danashnji dan uzdixese, *sol justitiæ*, sunce od pravdæ, i stade ú pribivalishtu viçniega pristolja svoga, udilj takoger *luna stetit in tabernaculo suo* , i misecz , illiti s. Czarqua stade ú svomu stajalishtu utvargene slobodæ, i pokripljenæ: izato , *in luce sagittarum* ú svitlosti strílá , to jest , pripovidanja Apostolskoga , ú mallo vrimena neizbroene púke , i narode po svem svietu sebi podloxi : kako prorokova okr. pror. govorechi , *sagittæ tuæ acutæ , populi sub te cadent* : strilesu tvoje ostre , púcichése tebi podloxiti . A'gdi biahu tmine tolliko gúste , da ú svitlosti od pripovidanja strílá , virase neukazivashe ; evo prisvitlo *sunce od pravde* Isus , kolliko na vishé pristolje uzajde , colliko jaçce , *oriens ex alto* , iztjeçuchi svissinæ , srakama *fulgurantis hastæ suæ* , sievajuchega kopja svoga , illiti çudéná i zlaménjá , prosvitljujuchi misec , tojest s. Czarqua , svitlost pripovidanja podpomágashe , i izpunjashe . Odkud uprav od Apostólá mogu razumiti da govorashe Prorok., *ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ*: odichæ ú sjajnosti sievajuchega kopja tvoga: i doisto , ako pripovidanje Apostolsko, biahu strile oshtre , josh oshtrihe kopje , biahu çudesa izlaménja, koim sievajuchi virru posiashe po svem okolishu zemaljskomu.

Ali ne samo sjetvu viræ upplodi s. Czarqui , slavno uzashastje gospodinovo , negojosh uzmloxanje uffanja za dostignut slavu viçnju svima pravovirnim ; od koi proroçanstvo ono imam razumiti : *ascendet pandens iter ante eos rex eorum* : uzachiche odkrivajuchi pút prid njima kralj njiov . Kako da reçé ; Isukarst igjuchi , i s' sobom vodechi robje izbavljeno ú nebesa , ú koja nitko od ljudì do onoga vrimena nebiashe unishao , premda biahu stvoreni prie mlogo iljada godina , svima pravovirnìm svoim dadde uzdanje onamo dochi . I doisto izvan ottajstva reçenoga , i ovo imamo rechi , da zlamenuje , izstavljenje kanátá , i dignutje vrátá nebeskie , to jest dase nezatvorajù kako prie , nego da stoje ottvorena svima oniem , koi uznastoje po virri , i dobrim dilli onam unichi . Upplodi najposli

posli uzmloxanje od ljubavi: zashto, tko nebbi raaſtao, i uzmloxaoſe ú ljubavi goſpodina, tolliko ljubezniva i dobroſtiva, koi igjuchi na danashnji dán slavodobitno, ú slavu nebesku, neſamonam púť ottvorá i ukazujæ, nego josh iſtu slavu obechaje govorechi: *Igem pripraviti vama miſto*: i na drugom miſtu velí: *Gdiſam ja ondi ima bit i sluga moj*; koim obechanjem probugjuje pravovirne svoje, damu virno sluxé, i daga vruche ljubé. Evo dakle kolliku koriſt nam upplodi slavno danashnje uzashaſtje goſpodinovo! Ali shtochiu pák rechi od slave i poshtenja; koe, po iſtomu, zadobí nasha narav çoviçanská?

256 Iſtinaje N. da svemoguchi goſpodin narav çoviçansku ſtvori ú posthenju i doſtojanſtvu svarhu svega ſtvorenja zemaljskoga, i kako svidoçi okrunjeni prorok, *paulo minus ab Angelis*, mallo magne od Angélá nebeski, ghizdavu, i nakichenu milloſtju svojom i pravdom iſtoçnom ú Adamu, zato svako ſtvorenje gniu slavljáshe, i shtováshe, al kako Adam nakichenje ovo ſagríshivshi izgubi, i iſtiran bí iz raja zemaliskoga, tolliko nevoljna i od nishta uçiniſe narav çoviçanska, kolliko, po svidoçbi s. Jer. Pror. *omnes qui glorificabant eam ſpreverunt illam*, svi oní koijú proslavljahu, nju pogardishe, *quia viderunt ignominiam ejus*, zashto viddishe nje sramotu: *illa autem gemens*, á ona, velí, uzdishuchi, i plaçuchi ſtigjasheſe prid oſtalim ſtvorenjem, i navlaſtito prid Angelí, i ú toj sramoti ſtajá za mlogo iljadá godiná. Nishtanemanje kada ú utrobi Diviçanskoj zarúçena bí najvishemu kralju od králjá, jedino rogenomu ſinu B., i posli 33. godine, na danashnji dán, bí uzdignuta svarhu sviu kòrá Angeoskie, udilj zapovid imadoshe duhovi Angeoskí daju poshtuju, paçe josh dajoſe pokloné, takomi svidoçi okrunjení pivalac; koi poshtenje ovo, slavu i uzvishenje duhom proroçanskim privigjajuchi, pivashe: *Dominus regnavit exultet terra*: Goſpodin ſioje kraljevati, nekſe radduje zemlja; i mallo posli: *adorent eum omnes Angeli*, nekamuſe, velí, klanjaju svi Angeli. Sadſe oſlichám da immade razlog s. Ivan zlatouſti, veſelechiſe tollikomu uzvishenju nashemu ú Iſukarſtu, rechi i upiſati; *non Angelos apprehendit Deus, ſed noſtram naturam, & ſupra ſederefecit*. nie Angélá, illiti naravi angeoske, veli, uzeo Boog, nego nashu narav, i çinioju ſiditi svarhu sviu Angélá. Iſpovidimo dakle ſa s. Aguſtinom govorechi: *Aſcenſio Domini glorificatio noſtra eſt*: Uzashaſtje goſpodinovo proslavljenje nashe jeſt: zashto kud igda dilje moglabiſe pruxiti slava nasha, poshtenje i uzvishenje, negoli, da *Boog*, kako píshe Apoſ. Effeſianom, çininas, tojeſt narav nashu çoviçansku, zajedno sa ſobom ſiditi, *in cæleſtibus in Chriſto Jeſu*, ú kraljeſtvu nebeſkomu, ú Iſuſu jedinomu ſinu svomu, svarhu sviu kòrah Angeoski? Promislite ſada, Bratjo, kollikoje vechi uzrok, paçe i dúxnoſt nama svetkovati danashnju svetkovinu, nego Angelom, s' najvechim veſeljem duhovnim, i devotionom? Ali, Ali niti mogu, nit imam uzdarxati tuxbu suprot mloghim karſtianom, koi premda gledaju okom od virræ, daje narav nasha, illiti çoviçanſtvo ú glávi, tojeſt, ú Iſuſu, tolliko poshtovano, neſtideſe gledati daje ú hudie tolliko pogargeno. Aposhtonas uçi daje Iſus glava, á pravovirní karſtiani, *membra ſuni Chri-*

2. Imamo ſe veſelit, zashto po uzashaſtju Goſp. narav nasha çoviçans. zaddobi slavu i poshtenje &c.

Chriſti, húdaſu veli Iſuk. Promotrimo dakle, molim, kolliko ú rázlikom ſtanku naodiſe narav nasha illiti çoviçanſtvo, ú glávi, i ú mloghiem hudi: Ako gor pogledamo, vidimoju ú glavi, tó jeſt ú Iſukarſtu, da zapovida Angelom; ako ſpuſtimo oçi na zemlju, vidimoju ú mloghim hudi, to jeſt karſtjani, da sluxi djavlom. Vidimoju gorrí slavom, í poshtenjem okrunjenu: vidimoju dolli smradom od sviú poxeljenjá svitovnji oblachenu. Vidimoju gorri zajedno ſpriviſſokim na príſtolju ſiditi; vidimoju dolli ú ſingiri od griha pod nogama djavaoskim i oblaſtju lexatí. Viddimoju gorri tolliko çiſtu i sjajnu, kolliko svitloſtju nadhodí svekollike zvizde Angeoskæ: a ovam dolli ú mloghim oblachenu, i narúxenu, kako, shtono velí s. Petar, *ſus in volutabro luti*, svinja ú blatu kadaſe izváljá, tako da ſmradom od opaçiná izjednaçujeſe s'iſtim drakuni paklenim. O xaloſna pogledanja, i uglæda! Gledajuchi ovo s. Petar Chryſolog, i uzdishuchi vapie ka svakom od oviziu grisniká, O *çoviçe zashtoſi tebi tako jeffitin i od nishta, koiſi Bogu tolliko skúp i drág? zashto, buduchi tako poshtován od Boga, samoga sebe sramotish, i çtnish nedoſtojna od poshtenja?* Zavarshujem dakle govorenje moje ríçma Apoſ. s. Paula, koinas ponukuje govorechi: *quæ ſurſum ſunt quærite, non quæ ſuper terram*: kojaſu gorri na nebesí traxite, ne kojaſu na zemlji. Sluuxiteſe, Br. moja, ovim svitom, i svima dobrim njegovim, kako kljuſetom, noſechi krix za Iſukarſtom, daga moch budete gori doſtignuti, gdije, *in dextera Dei ſedens*, nadeſno B. ſidechi: i uxivati ono miſto, koje ottige nam pripraviti, ú vike vikóvá. Amen.

Digitized by Google

TESTIMONIUM IX.

IN

DIE PENTECOSTES.

1. Comparatur Spiritus Sanctus primo vento vehementi, quia altos deprimit, & elevat humiles. 2. imbri, quia arida irrigat. 3. igni, quia frigida calefacit, &c.

Factus est repente de cœlo sonus, tamquam advenientis spiritus vehementis. Actor. 2.

257 UNIGENITUS æterni Patris filius, ad prænunciandam speciem & excellentiam, atque fructificationes uberrimas S. Ecclesiæ, quam ab æterno desponsandam sibi decreverat, dicens per Oseam: *sponsabo te mihi.. in misericordia, & in fide* (2. 19.). Alludendo ad incrementa ejus & propagationem, diversis illam comparat, tum floribus odoriferis, cum fructiferis arboribus. (Eccl. 24. & cant. 7.) Ubi primordia illius offendo comparata monti Carmelo: *Caput tuum ut Carmelus*, inquit in sacris canticis. [7. 5.] Quasi dicat: in capite, seu in fonte, in exordio, atque in principio tui, o electissima sponsa mea ac dilectissima, famosissimo & excelso monti Carmelo assimilaberis. Et si inquiramus, quare primordia s. Ecclesiæ huic monti comparantur? respondent sacri interpretes cum doctissimo Theodoreto, quod non ideo dumtaxat, quia Carmelus aura est amœnissimus, fructibusque omnigenis copiosus; sed præcipue, *quia tot miraculorum patratione celeberrimus* extiterat. (apud Tir. in c. 7. cant.) Crediderim autem vos non latere, quam stupenda ac tremenda, tempore impiissimi regis Achab, in monte Carmelo sint patrata miracula! Populus tunc Israeliticus, & in charitate friguerat, & in noscentia veri Numinis, utpote Idola veneratus, caligaverat. Quocirca cœlum ipsum terræ iratum, & imbrem ei & rorem, per annos tres & sex menses, omnino denegaverat; itaque horrenda in universo regno fames invaluerat. Tunc Elias, qui ingenti zelo semper divinum honorem fuerat zelatus, ædificato in vertice prælaudati montis. Altari ex duodecim lapidibus, & victima superposita, non apposuit tamen ignem naturalem eam combustuum, sed humili prece supernaturalem cœlitus miraculose fecit descendere; qui coram rege, populoque universi regni convocato, cum victimam

Digitized by Google

ctimam & ligna ſuppoſita conſumpſiſſet, quinimmo aquam quoque circumfuſam abſorbuiſſet totam, atque exſiccaſſet; tantum mens populi illius noſcentia ſummi numinis fuit illuſtrata, voluntaſque charitate inflammata, quantum Idolorum falſos quadringentos quinquaginta Prophetas illico captos interemerunt. Poſtmodum cælum quoque terræ conciliavit ibidem, & propitium reddidit; dum ventum validum, pluviamque præferentem, non minus copioſam quam fructuoſam, impetravit: *Ecce ventus*: verba ſunt ſacri textus: *Eece ventus & facta eſt pluvia grandis*: [3. reg. 18.] qua refecta humus, atque irrigata, copioſiſſimos fructificare illico cœpit fructus. Ecce N. quot miraculorum patratione celeberrimus Carmeli mons extiterat!

re prio-tia Ec-compa-ur mō-rmelo?

De Carmelo nunc deſcendamus ad primordia s. Eccleſiæ catholicæ, cognoſcituri cæleſtem ſponſum non ociose comparaſſe, & aſſimilaſſe Eccleſiam prælaudato monti: contemplaturi quippe ſumus in iis ſimillima prodigia contigiſſe, atque miracula. Quis enim ignorat, quod in exordio Eccleſiæ, non regnum Iſrael dumtaxat, ſed orbis ferme univerſus, & in charitate veri Numinis friguiſſet, & in noſcentia, atque creditione filii Dei unici Redemptoris mundi caligaſſet? Cœli quoque, utpote humano generi irati, conſtitiſſent clauſi, nec homines ad ſuperna admittentes, nec adeo copioſos imbres gratiarum eis demittentes: quocirca bonis operibus, & meritis vivendo infæcundi, *Anima eorum tabeſcebat in malis*, inquit divinus Pſaltes (Pſal. 106. 26.). Chriſtus itaque Dei Filius, ad reconciliandum Patri æterno genus humanum, ad illuſtrandas hominum mentes in cognitione unici Redemptoris, ad inflammanda corda eorum flamma charitatis, & ad irrigandos imbre gratiarum cœleſtium fideles ſuos: in exordio s. Eccleſiæ, ut alter Elias in vertice montis Carmeli, conſtructo Altari ex duodecim lapidibus; ſed lapidibus ſelectis, lapidibus vivis, lapidibus animatis, ex duodecim nempe ſuis Apoſtolis: Legeque Evangelica, tamquam victima ſuper hocce animato Altari poſita, progreſſus in cœlum impetravit a Patre, & miſit in terram hodierna luce Spiritum Sanctum in ſono validiſſimi venti, & imbrem & ignem præferentis. Et hoc aſſumo vobis oſtenſurus ad contemplandum effectus Divinos Divini Spiritus. Venit: Primo in ſono venti validi, ut altos humiliaret, & exaltaret humiles ac puſillos. *Factus eſt repente de cœlo ſonus tamquam advenientis ſpiritus vehementis*. Secundo, præſetulit imbrem, juxta prænunciationem Vatis s. Oſeæ, ad irrigandum hortum Eccleſiæ, quatenus flores virtutum producat: *Veniet ad nos quaſi imber temporaneus*. (Oſeæ 2. 19.) Tertio: comparuit in forma ignis, ſeu igneſcentium linguarum, ad ſuccendendam victimam Legis Evangelicæ in vivo Altari 12. Apoſtolorum, ad inflammandas eorum linguas intrepiditate eamdem legem prædicandi, & dilatandi; atque ad illuſtrandos & fovendos fide, ſpe & charitate fideles univerſos: *Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tamquam ignis*. (Act. 2. 3.) Incipiamus.

Gaudeo utique, quia non eſt mihi, diſcurſuro de Spiritu Sancto, ſermo hodie dirigendus ad infideles, neque ad hæreticos, aut ſchiſmaticos, qui decepti, victi, quinimmo & vincti ſunt

Digitized by Google

Stulte ab infidelibus negatur Divinitas Sp. Sancti, ſicut & a ſchiſmaticis proceſſio a Filio.

jam ab hoſte : *Dicentes enim ſe eſſe ſapientes*, teſte Apoſtolo. (Rom. 1. 22.) *Stulti facti ſunt*. Enim vero major ſtultitia quæ? quam præſumere poſſe humana ſapientia ſapientius capere Divina inſcrutabilia myſteria, quam illa ſacræ paginæ, Deo revelante, oſtendunt? Unde ſacra eloquia, vel non intelligentes, minuſque intelligentibus credentes, Spiritum ſanctum negant omnino eſſe Deum, ut infideles: Vel ad reprobum ſenſum trahentes, negant eum a Filio æque procedere ſicut a Patre, ut ſchiſmatici hæreſi contaminati. Gaudeo, inquam, cum iis mihi ſermonem non eſſe : fuiſſem enim coactus profunda ſcrutari ſacrarum Scripturarum, illos interrogando : Quid ergo canticum illud, quod teſte Vate s. Iſaia, [6. 3.] & Apoſ. s. Joanne (Apoc. 4. 8.) a cælitibus voce inceſſabili decantatur, dicentibus : *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus* : ſignificat? ſignificat utique illa terna repetitio *Sanctus*, Trinitatem perſonarum, una autem enuntiatio, *Dominus Deus*, unitatem eſſentiæ Divinæ : quaſi dicatur : *Sanctus Pater : Sanctus Filius : Sanctus Spiritus Sanctus*; ſed hi tres, Dominus Deus unicus eſt idemque: quia *hi tres unum ſunt* inquit Evangeliſta & Apoſt. s. Joannes [1. Jo. 7. 8.]. Igitur tam infidelis eſt, qui de Divinitate Sancti Spiritus dubitat, quam ſummæ veritati, Chriſto, opponitur dicenti : *Spiritus eſt Deus*. (Jo. 4. 22.) Eadem æterna & infallibilis Veritas nos docet, Spiritum Sanctum procedere a ſe æque atque a Patre : dicit enim apud Joannem : [16. 14.] *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis*. Interrogarem hic hæreticos noſtros, atque ſchiſmaticos, qui poſſet Dei filius

Oſtenditur Spiritus S. procedere a Filio æque, ac a Patre.

dicere, *de meo accipiet*, niſi a ſe æque ut & a Patre Spiritus Sanctus procederet? Sancto Joanni, cui Divinus Magiſter ſapientiam ex proprio ſuo pectore ſugendam præbuit; inter alia innumera, altiſſima, & imperſcrutabilia, quæ ſupra eoſdem Spiritus Angelicos ei revelare fuit dignatus, myſteria, graphice oſtendit proceſſionem hanc Spiritus Sancti, ſub hieroglyphico illo fluvio : *Oſtendit mihi*, ita ſcribit ille in ſua ſacra Apocalypſi capite 22. *Oſtendit mihi fluvium aquæ vivæ procedentem de ſede Dei, & Agni*. Interrogandi eſſent hic mihi ſchiſmatici noſtri hæreſis labe infecti, quid per fluvium aquæ vivæ allegorice intelligendum eſt? Qui, niſi depravatum ſecuti ſenſum erubeſcerent, reſpondere deberent : quod, ſicut Chriſtus cum dixit in Evangelio de fluxu aquæ vivæ : *hoc dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum* (Jo. 7. 39.) teſte eodem prælaudato Apoſtolo, & Evangeliſta, ita proculdubio hic quoque per fluvium *aquæ vivæ*, eumdem intelligi ſpiritum. Si igitur Spiritus Sanctus eſt fluvius, & quidem fluvius procedens de ſede, non ſolum Dei Patris, ſed Agni quoque ſeu Filii ejus, teſte ſacro textu, qui negabitur, niſi impie, eum a Filio procedere, ſicut & a Patre? Porro dicitur *a ſede* una, non *a ſedibus* : ideſt a voluntate, quæ unica eſt in Patre & Filio : Itaque Pater & Filius unicum ſunt principium, ſeu fons hujus fluvii Divini. Unde ad confirmandam hanc veritatem Catholicam, Dei filius alibi conqueſtus de perfida Synagoga dicebat : *me dereliquerunt fontem aquæ vivæ* : quid clarius? His itaque & ſimilibus armis ſacrarum Scripturarum certandum eſſet mihi cum infidelibus : Sed

cum

Digitized by Google

cum hæc omnia, ex Divinis revelationibus, firma fide catholica credatis & confiteamini, omitto profunda, profundioribus ſcrutanda Theologis in hæreticos & infideles: Et poſito hoc fundamento, in quo vos jam ædificati eſtis, quod Spiritus Sanctus, qui hodierna luce miſſus eſt Apoſtolis, & nobis omnibus, ſit tertia perſona Triadis ss. Unus idemque Deus cum Patre & Filio, ab utroque horum procedens per voluntatem infinite amantem mutuo, ideo & dicitur charitas, amor, ignis Divinus &c. Proſequor diſſerendo de tam admirandis, quam adorandis ejus pretioſiſſimis effectibus, queis s. Eccleſiam ditare dignatus eſt, adveniens in ſono venti validi, rorem & ignem præferentis. Nam ut notavit s. Lucas in actibus Apoſtolorum capite ſecundo.

259 *Factus eſt repente de cœlo ſonus tamquam advenientis ſpiritus vehementis*. Hic eſt, dilectiſſimi, ille ventus Auſter amæniſſimus, quo immitis Aquilonis temperandæ erant ſeveritates in horto Eccleſiæ. Sacra, ſacræ Scripturæ ſponſa, cupiens uberem & copioſum reddere pretioſis fructibus hortum ſuum, invocat ventos a ſeptentrione flantes & a meridie; *Surge Aquilo*, ita audio canentem in ſacris ſuis canticis: *Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, ut fluant aromata illius* [Cant. 4. 16.]. Quæ invitatio, tam admiranda mihi videtur, quam venti hi ſunt invicem contrarii: ſcimus etenim quod Boreas, qui flat ab aquilone, rigidus ſit immitis, & frigidus: Auſter vero, qui recta venit a meridie, lenis, calidus, atque mitis, imo ſuavem afferens irrigationem. His igitur ventis adeo contrariis in horto ſimul conveniensibus, quid, præter confuſionem & damna, ſperandum? quia ſicut contrarii ſunt invicem, contrarios ita & effectus producerent, mortificando alter ea, quæ alter vivificaret. Pro intelligentia hujus myſterii, N. ſciendum eſt, quod juxta doctrinam ss. Ambr. Aug. & aliorum DD. (apud Tirin. in c. 4. Cant.). Cæleſtis illa ſponſa loquebatur tunc, ex figura s. Eccleſiæ cath. Per Aquilonem intelligendo adverſitates & perſecutiones, quia *ab aquilone pandetur omne malum*, juxta prophetiam s. Jer. [Jer. 1. 14.]. Per Auſtrum vero Spiritum S. procedentem a meridie ss. Trinitatis, i. e. a Patre & Filio. Quamvis autem modo dilatata ſit Eccleſ. per orbem univerſum: in principio tamen, poſt Domini aſcenſionem uſque ad adventum Spiritus S., in ſolis 12. Apoſt. nonnullis diſcipulis, & paucis piis fœminis Jeroſolymis tota conſiſtebat: ubi in domo ultimæ cœnæ manebant januis clauſis, *propter metum Judæorum*, teſte s. Luca (Joan. 20. 19.). Non quaſi vellent perſecutiones, quas prævidebant tolerandas pro nomine Jeſu, vitare; ſed declinabant dumtaxat, donec veniat Spiritus S. inſpiraturus eos ad libere prædicandum; & confortaturus, cum in bonis faciendis, tum in tolerandis malis. Idcirco per dictam ſponſam cœleſtem, utrumque hunc ventum invitabant: dicendo: *surge aquilo*: i. e. exurge perſecutio, & contrarietas: Aſt non nos deſeras, ſed & tu *Veni auſter* a meridie ss. Trinitatis procedens; *perfla hortum meum*, ideſt, corda fidelium imple cœleſti virtute, & doctrina: Itaque illico, *fluent aromata illius*, ſanatura infidelitatem, ſuperbiam, cæteraſque infirmitates ſpirituales, in omnibus credituris. Per

Aquilo ſig. perſecutiones. Auſter vero Spir. S.

Eccleſiæ Cath. in initio conſiſtebat tota in paucis Jeroſolymis.

rigi-

Digitized by Google

Venti contrarii sunt necessarii ad fructificandum aroma. salutaria in Eccles.

rigidum ergo, immitem, & frigidum Aquilonem, intelliguntur contrarietates, afferentes mala toleranda; per mollem vero & mitem Austrum, intelligitur Spiritus S. fructificans virtutem ad facienda bona; & patientiam, ad toleranda mala in hoc mundo: His duobus ventis hortum s. Eccles. perflantibus, uberrima fluunt aromata bon. operum, *quæ alias non fluerent tam abundanter*, inquit s. Greg. [apud Tirin. l. c.]. Redeamus nunc ad Apostolos.

260. Apostoli igitur Jerosolymis, cum paucis illis discipulis & fœminis, clausis januis, ut diximus, dum in fervidis orationibus, & humili postulatione diu, noctuque perseverabant post ascensionem Domini, vigilando, & invocando Spiritum S. a Domino sibi jam promissum: Ecce divinus Elias, unigen. Dei filius misericordia motus super orationibus eorum & postulatione, impetravit a Patre, & hodierna, i. e. decima die ab ascensione, misit eis promissum Spiritum S.: Unde, *Factus est repente de cœlo sonus tamquam advenientis Spiritus vehementis*, inquit s. Lucas. Ast, quomodo, *vehementis*? Nos vidimus supra, quod Spiritus S. præfiguretur in vento meridionali, vento molli & suavi, quomodo ergo sacer Textus, inquit eum descendisse in sono, *Spiritus vehementis*? Ecce novus nodus resolvendus, ecce N. novum mysterium! Verumtamen solvemus hunc nodum facile, si adverterimus, quod per vehementiam intelligatur hic celeritas, robur, & fortitudo; quæ non opponuntur amænitati; nam rigiditas solum, & severitas suavitati, & amœnitati, opponitur. Porro ut mysterium hoc clare intelligamus, observandum est, quod venti vehementes inimici sint, & contrarii rebus magnis, robustis, & altis; at vero parvis, imis & levibus, sunt amici & propitii, uti experientia nos sæpe docuit. Quis enim non vidit, aliquando robustissimas sylvarum arbores confractas, eradicatas, & prostratas. Turrium cacumina; & magnorum ædificiorum tecta dejecta a ventis vehementibus: unde quidam poeta canebat: *sæpius ventis agitatur ingens-Pinus, & celsæ graviore casu-decidunt turres*: Ubi tamen res imas & parvas, non modo servant indemnes, sed etiam quandam gratiam videntur illis facere, vel elevando illas in sublime a terra, uti folia, festucas, & alia levia, quasi nolint ea calcari pedibus, vel mundando ea a sordibus, uti herbas, vestes, & alia quæ exponuntur ad ventum, & expandunturdiscutienda a pulvere, & tineis.

Ventis vehementibus inimicis est res magni momenti prosperitatis.

261. Descendit igitur Spiritus Sanctus in sono, *advenientis Spiritus vehementis*, quia simillimos effectus causare, ejus est officii: magnos, nempe, & potentes humiliare; pusillos vero, & humiles exaltare. Enim vero esto Deus Pater utrumque regnum Cœlorum, triumphans scilicet & militans creaverit per Filium: in utroque tamen virtutes & prodigia fiunt, & semper facta sunt per Spiritum Sanctum: ita testatur coronatus Proph. canendo: *Verbo Domini Cœli firmati sunt*: [Psal. 32. 6.] ita certe; quia, *Verbum Domini filius est Patris*, inquit s. Greg. [hom. 30. in Evang.], sed illico sequitur dictus Proph. canendo: *Et Spiritum oris ejus, omnis virtus eorum*: quasi dicat, quantum verum est, quod omnia in cœlo, & in terra creata sunt, & firmata per verbum, seu Filium Dei, tantum ve-

Virtutes prodigia a Spiritu patrato in Cœlo in terra.

Digitized by Google

verum est, quod utrobique virtutes, & prodigia patrentur per Spiritum Sanctum. Et quid ultra? ipsemet Dei filius, esto per se omnia possit; tamen virtutum & prodigiorum, quæ faciebat, honorem dare voluit Spiritui S. dicens: *Ego in spiritu Dei ejicio dæmonia* (Matth. 12. 28.). Hic est igitur Spiritus ille vehemens, & potentissimus; qui, uti canit Mater Jesu B. V. M. *Dispersit superbos; deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles* [Lucæ 1. 51.]. Hic confregit, & prostravit arbores altissimas & robustissimas in cœlo, & in terra: leves vero & pusillas festucas elevavit in sublime. Ascendamus, quæso, in cœlum, videbimus in speculo s. Scrip., quod Lucifer fuisset in Cœlo arbor altissima, cum societate malorum angelorum, tam in donis naturæ, quam gratiæ; sed volens per superbiam esse æqualis Deo, flante hoc Spiritu vehemente, prostratus est usque ad Infernum: ecce, *dispersit superbos*. Levissima festuca erat Michael, per profundiss. humilitatem, tamen exaltatus est ad Principatum in paradiso, loco Luciferi: ecce: *exaltavit humiles*. Descendamus in terram eadem intuituri. Robustissima arbor erat iniquus Pharao rex Ægypti: sed flante hoc Spiritu prostratus est, & demersus in mare rubrum, cum toto exercitu suo formidabili: ecce, *dispersit superbos*: Humiliatus erat nimis, & afflictus ab illis electus populus Dei; sed virtute hujus spiritus vehementis, fuit liberatus, & confortatus eousque, ut devictis plurimis regibus, regna eorum, & civitates possederit. Potentissima turris erat Rex Nabuchod., ita ut tamquam Deus adorari voluerit: ast non modo de sede throni fuit dejectus, sed etiam tectum rationis ejus, & figuræ humanæ fuit ablatum, ita ut cum irrationabilibus 7. annos fœnum comederit, tamquam Bos: David vero humilis erat ovium pastor; & virtute hujus Spiritus vehementis, elevatus est ad thronum regni Israel: Ecce! quam bene cecinit V. Sanctissima, in montanis apud Elisabeth: *deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles*.

Ast quo Scripturarum ego sum progressus, ad ostendendum vobis qualiter sono cœlestis hujus *Spiritus vehementis*, humilientur magni, parvique exaltentur, cum habeamus Epistolam hodiernam in conspectu, ut speculum? Audistis N. qualiter Apost. & discipuli Christi ante adventum hujus cœlestis Spiritus, humiliati, pavidi, & debiles erant, ut non auderent foris comparere, sed manebant intus occlusi, *propter metum Judæorum*. At statim ac descendens perflavit hortum s. Ecclesiæ, *exaltavit humiles*, parvos magnificavit, perterritos animavit, & debiles roboravit eatenus: ut non solum Jerosolymis in publicum exeuntes libere fidem Christi, & Evangelium cœperint prædicare; verum etiam *in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*; teste doctore gentium s. Paulo [Rom. 10. 18.]. Quia relicto Jerosolymis, pro Episcopo, solo s. Jacobo minore; reliqui partiti per orbem universum sunt progressi: Petrus Romam ivit, quia sicut ille fundamentum fidei, ita hæc erat fundamentum infidelitatis, & omnis erroris; ille caput Eccles. hæc caput mundi; decebat igitur ut caput capiti destinetur: Andreas ivit in Græciam, Matthæus in Æthiopiam; Philippus in Scythiam;

262

Apost. quo timidiores, & debiliores ante, eo animosiores & fortiores post, adventum Sp. S.

thiam ; Barthol. in Armeniam ; Thomas in Indias ; & alii in alias partes : Itaque dispersi per orbem, ubique fidem seminaverunt, Eccles. fundaverunt, fideleſque multiplicaverunt absque numero; prædicando Evangelium Christi, cum tanta libertate & fortitudine, ut aquilo persecutionum, qui flabat contra eos a Principibus, Regibus, & Imperatoribus, numquam potuerit eorum fructus impedire ; quia omnibus contrarietatibus resistebant fortissime, non solum patienter persecutiones tolerando ; sed etiam gaudendo in eis : quia, *ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Jesu contumeliam pati*, scribit s. Lucas [Act. 5.]. Unde, putatis N. his pauperculis piscatoribus tanta sapientia, fortitudo, & animositas ? Credamus Regio Prophetæ ; *Spiritu oris ejus, omnis virtus eorum*. Confirmat nos in hocce sensu primus, & maximus Doctor Eccles. cath. s. Gregorius, qui explicans hæc verba Prophetæ : *Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris ejus, omnis virtus eorum :* per cœlos intelligit Apostolos : quos Verbum, seu filius Dei elegit, & per eos Ecclesiam fundavit : sed virtus eorum, *de spiritu sumpta est*, inquit s. Doctor : *quia mundi hujus potestatibus contraire non præsumerent, nisi eos Spiritus S. fortitudo solidasset* [hom. 30. in Evang.]. Tandem veritatem hanc idem Verbum Patris, seu Christus Dei filius confirmat, & testatur dicens Apost. & omnibus fidelibus suis: *Paracletus Spiritus S. quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia* (Joan. 14. 26.). Igitur ad prosternendas, & eradicandas robustissimas arbores idolorum; & ad conterendas fortissimas turres, seu potentiam Regum & Imperator. infidelium : elevandas autem parvulas festucas (uti fuere Apostoli pauperculi piscatores) & roborandas, quatenus possint contra jussa, & minas dictorum, non attentis persecutionibus, sed fortiter eas tolerando, usque ad sanguinis effusionem, fidem dilatare per universum orbem, Eccles. ubique fundare, & fideles multiplicare, opus fuit utique ut Spiritus S. descendat in sono, & in figura, *advenientis Spiritus vehementis*, qui magna conterit, parva autem & levia elevat.

Virtus & fortitudo Apostolorũ de Spir. S. procedit.

Porro quamdiu ventus hic cœlestis in Eccles. aut cujusvis animæ fidelis horto reperitur, non est illi timenda ariditas, & æstus, quibus salutares ejus fructus arescant, & proficere crescendo impediantur ; quia, juxta testimonium Vatis s. Oseæ ; *veniet ad nos, quasi imber temporaneus* ; & irrigabit hortum animæ, dummodo debite & digne invocetur, aqua salutari abundanter. Si qua igitur anima invenitur indurata ariditate impœnitentiæ; aut æstu iræ, invidiæ, libidinis, aliarumque iniquitatum inflammata, invocet pie, cum pia sponsa s. Scripturæ sonum hujus *Spiritus vehementis*, humiliter clamando: *Veni auster*, veni spiritus meridiane, a meridie ss. Trinitatis; quia si pia hæc, & humilis postulatio pervenerit ad thronum ss. Triadis, illico : *flabit Spiritus ejus, & fluent aquæ* (Psal. 147. 18.) lacrymarum cor mollificantes ad pœnitentiam, flammam extinguentes iræ, invidiæ, libidinis, aliarumque concupiscentiarum mundanarum, abluentesque animam ab omni iniquitate, & immunditia, ut fructificet aromata virtutum. Hanc veritatem testatus est nobis coronatus

Proph.

Proph. David, poſtquam in ſemetipſo eam fuit expertus. Cum enim lapſus fuiſſet in parvum peccatum complacentiæ in aſpectu minus honeſto alienæ uxoris, nec ſtatim pœnitens de hoc, accenſus eſt flamma concupiſcentiæ, quæ illum traxit etiam ad peccandum cum eadem, atque exſiccavit hortum intellectus ejus, ne producat fructum pœnitentiæ, quinimo occidit virum ejus, illamque accepit in uxorem cum maximo ſcandalo populi. Ita ſolet hoſtis animæ decipere incautos, ligando ſune prius minorum peccatorum, & indurando ne pœniteat eos, quaſi hoc nihil eſſet, ut ita ad magna & maxima attrahat. Sed quid accidit Davidi? Statim ac miſericors Dominus dignatus eſt eum corripere & admonere per Natan Vatem: ſicuti in præſenti admonet cunctos peccatores per confeſſarios, & concionatores: vertit ſe David cum ſumma humilitate invocandi, & poſtulandi ſonum hujus *ſpiritus vehementis*: ſciebat enim non poſſe ullum ſine eò mollificari ad veram pœnitentiam, nec derivare aquam, qua mundantur iniquitates, & extinguuntur flammæ concupiſcentiarum: devote igitur clamabat: *Miſerere mei Deus... Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum... Spiritum rectum innova in viſceribus meis*. (Pſal. 50. 11.) Quo impetrato, eodem perflatus & renovatus, tam copioſum imbrem lacrymarum, queis lavit peccata habuit, quam paulo poſt ipſemet confitetur, gratias agendo Deo, & canendo: *exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam* [Pſal. 118. ℣. 136.]. Audiſtiſne N.? non dicit David, quod torrentes emanarint lacrymarum ex oculis ejus, quia torrentes ad modicum durant, poſtea exſiccantur, ſed exitus, ſeu fontes, quia hoc cœleſti vento perflatus, numquam deinceps, nequidem noctu ceſſabat a lacrymando: unde alibi canit: *Lacrymis meis ſtratum meum rigabo*: (Pſal. 6. 7.) ita quod mihi fuerint *lacrymæ meæ panes die ac nocte*. [41. 7.] Unde amabo, tanta contritio? unde tantus imber lacrymarum s. huic Prophetæ, pro peccatis gravibus utique, ſed tamen ſemel dumtaxat patratis? Auſcultate, ecce reſpondet ipſemet; unde, dicens: *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum* [118. ℣. 131.]. Ita certe apperuit os s. Propheta ad pias præces, & attraxit in ſe Spiritum S. humili poſtulatione, ideo venit ad eum, *quaſi imber temporaneus*, qui irrigato horto conſcientiæ ejus, extinxit flammam libidinis, lavit ſordes iniquitatum, emollivit cor ad pœnitentiam, & reddidit uberem aromatibus bonor. oper. tantum, quantum monſtravit conſequens ejus ſanctitas.

David attractio Spir. S. pia præce, uberta-tem habuit pœnit. &c. & lachrymarum.

A'laſnoche svatko mochi poznati onæ, koiſuga primilli, i uzdarxájuh ú vartlu dushe svojæ po zlamanju novie jezzika: zashto mudroſt Boxia Iſus iſtí velí, *linguis loquentur novis*, Jezicimachæ govoriti novím. Iſtinaje doiſto daſu Apoſt. i drughi mloghi ss. poslí kako primishe duha svetoga, i tilleſno govorili novím jezici, dogodje potriba bíla od oviziu, i drughí çudæſah, za razshirenje s. Virræ: ali Buduchiſe sada virra razshírila po svem okolishu zemaglskomu, rítko Boog çini ova çudeſa, da tko neuçechi odma drughim jezikom izvan materinskoga govorí tilleſno. Nishtanemagne iſpugniáſe ovo obechianje duhovnim naçinom vazda, kollikogodi pútah tko prími Duha svetoga, çiſtomu miſto pripravivshí u vartlu dúshæ svojæ: zashto udigl poçnæ govoriti duhovno novim jezici: odbacivshi zlæ obiçáje i xivot, poçnæ xivot dobar provoditi, í dobre obiçáje zagargliati i ovoje novim jezici duhovno govoriti: zashto kakoje ú uſtí jezik od govorenja, onakoje jezik od dillovanja ú obiçáju: Dakle tko ſtáre obiçáje zle oſtavivshi zagarlí novæ dobre, doiſto novim jezici govorí duhovno. Evovam dakle N. zlamenje iſtinno pokomuchete poznati, jeli ovi, il oní; ová il oná, primila duha svetoga? Motrite samo gniove obiçaje. Ako, na priliku rekaushi, viddite pjanca, opet opiatiſe; proklignaoca, opet proklinati &c. Doiſto znajte, da oví niſu primilli Duha s. Akoli vidite daſu prominilli jezik proklinajúchí, u blagoſivglianja: jezik pſujúchi, ú poffaglenja; jezik brezobrazní i neçiſtí, u poſtidnoſt i çiſta govorenja; laxglivi, ú iſtinni; Akoſu prominili ſtari obiçaj od opianja, ú crizmenoſt: i da reçem jednom ríçju: Ako viddite koje, daſu ſtarí xivot zli prominilli, na dobar noví; znajte daſu oní prímilli Duha s. i zato ú dillí govoræ jezici novim; *prout Spiritus S. dat eloqui illis*, kakoi Duh s. uçi i nagovará da dillujuh. Kolliko dakle vechma xelímo priteghnuti ú nas ovoga vitra, nebeskoga, illiti Duha s. tolliko svechim Bogogliubſtvom, i ponixenſtvom zazovimo s' kollinah, zajedno sa s. Czarquom kath. vapiuchi. *Veni Creator Spiritus, mentes tuorum viſita, imple ſuperna gratia, quæ tu creaſti pectora*. Oddi dúshe ſtvoritegliu, poodi i napuni: Parſa tvoí pravovirní nebeskiem milloſtma. Amen.

Ka Koſe govorí duhovno novim jezici?

jebovoriti: nje, Ko Du-

Digitized by Google

TESTIMONIUM X.

DE SANCTISSIMA TRINITATE.

Myſterium SS. Triadis: 1. Ita credendum, ut alias nemo ſalvandus. 2. Ita altum & inſcrutabile, ut multis appareat ſtultitia id credere. 3. Reflectendo ad miros ejus effectus in creaturis, noſcitur hæc ſtultitia fidelium, vera prudentia humilitatis, ſapientia vero infidelium, vera dementia pertinacitatis, & ſuperbiæ.

Tres ſunt, qui teſtimonium dant in Cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus. Et hi tres unum ſunt. 1. Joan. 1. 7.

277 A' juventute mea, qualitercumque, officio prædicationis functus, numquam ſeraphici Patris mei, moniti non recordabar, qui ad reparandam deſtinatus Eccleſiam Dei, non modo ſuis concionibus, ſed ſuorum quoque filiorum: peramanter eos adhortatur, & monet: *ut in prædicatione, quam faciunt, ſint examinata & caſta eorum eloquia* [Reg. cap. 9.]. Ne aut ſtultitiam nonnullam ex ore proferant, aut ſcandalum alicui in cor inferant: & tamen modo, dixerim in ſenecta, & ſcandalum quibuſdam, & multis ſtultitiam ſum prædicaturus. Audiſtis forte N. quod Chriſtus in hodierno Evangelio Apoſtolis, & in illis cunctis concionatoribus præcipiat, dicens: *euntes docete omnes gentes;* & alibi: *prædicate omni creaturæ.* [Mar. 16. 15.] Bene o bone Jeſu, Redemptor & Salvator noſter, præſto ſumus ad obſequendum Divino tuo præcepto; ſed indica nobis quæſo, quid pro primario, & principali fundamento hujuſce, quam prædicare nos jubes, fidei annuntiaturi ſimus populis, eoſque docturi? Ecce, dum Magiſtrum interrogo, reſpondet mihi diſcipulus: ille utique diſcipulus, qui in ultima cœna ſuper ejuſdem Magiſtri pectus recubuit, & ex illo Divino fonte, fluenta ſapientiæ ſuæ, myſteriorumque Dei altiſſimorum cognitionem hauſit & bibit: ille, inquam, reſpondet, annuntian-

S. Franc. monet prædicari exam. & caſta.

Digitized by Google

tiandum esse per universum mundum, cunctosque salutem optantes esse docendos: *Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in Cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus: & hi tres unum sunt.* Hoc est, dilect. Fratres, mysterium SS. Triadis Divinæ, quod Eccles. s. una cum omnibus fidelibus filiis suis, quotannis hac luce memoratur solemniter, & veneratur, ad palam profitendum & testificandum in conspectu omnis creaturæ, quæ in cœlo est, & in toto orbe terrarum, quod Deus, qui in essentia naturæ suæ unus est, sit trinus in personis, Pater, scilicet, Filius, & Spiritus Sanctus. Hoc est mysterium, quod Apostolus S. Paulus dicit esse *absconditum a sæculis, & generationibus*: [Colos. 1. 26.] quia nullus intellectus creatus id capere potest & intelligere. Hoc est mysterium, quod credere, multis scandalum videtur, & stultitia: Ego tamen hanc stultitiam vobis hodie sum prædicaturus: quia inquit Apostolus: *placuit Deo per stultitiam prædicationis, salvos facere credentes* (1. Cor. 1. 21.). Et intendo ostendere. Primo: quod hoc mysterium ita sit credendum firmiter, ut qui vel minimum dubitaret in illo, salvari posset numquam: Secundo; quod ita sit altum & inscrutabile naturaliter, ut quantum fide humiliter credi debet, & non superbe inquiri; tantum sapientia humana attingi non potest, nisi conscendens tantam altitudinem præcipitetur: unde superbientibus reprobis quibusdam scandalum, multisque stultitia apparet hoc credere. 3. Reflectendo cogitatum super miris effectibus, quos ss. Trias producit in suis creaturis, cognoscemus hanc stultitiam simplicitatis fidelium, esse veram prudentiam salutiferæ humilitatis; sapientiam vero obstinationis infidelium, esse veram dementiam mortiferæ superbiæ. Dignitas & altitudo hujus sermonis, requirit vestram attentionem magnam in auscultando. & incipio.

Tres sunt &c. *& hi tres unum sunt.* Si aliud motivum nobis non esset discurrendi super hocce mysterio, cujus solemnem memoriam fidei nostræ, & venerationi hodierna luce proponit s. Mater Ecclesia, præter ejus magnitudinem: brevi utique finiremus, in pauciſſima verba partito sermone: confitendo, nempe, ego cum uno Propheta, & dicendo: *A, a, a, Domine Deus ecce nescio loqui, quia puer ego sum* (Jer. 1. 6.), & vos cum alio respondendo: *ecce Deus magnus vincens scientiam nostram* (Job 36. 26.). Postmodum in silentio illud fide venerari præstaret, quam curiosius indagare, multaque de illo loqui. Omnis enim lingua humana, præ magnitudine mysterii Triadis sanctissimæ, ut pusilli infantis est balba; omnisque intellectus creatus, præ ejus cellitudine, tam est demissus, quam secreta ejus naturaliter scire nullo modo potest. Verumtamen cum in cognitione, fide, & confessione hujus mysterii, tamquam in primario, & principali fundamento, meritum salutis nostræ construatur; non est salvum pastoribus de illo silere totaliter, quin caute humiliterque discurrendo, annuntient ovibus suis fidelibus ea, quæ revelata sunt Divinitus, & scripta super hoc mysterio in sacr. paginis, ut sæpius audiendo, quod nemini pateat introitus in requiem sempiternam sine hac fide, melius in eadem firmentur. 278

Ita est dilectiss. Fratres, nul-

Digitized by Google

Sine fide sanctissimæ Triadis nemo potest salvari.

lus, nullus salvari potest nisi credat Deum unum in Trinitate personarum : hoc ipsum docet nos egregius Doctor s. Athanas. cujus verba annuntiat sæpe Ecclesia per totum mundum, præsertim autem hodie canendo : *Quicumque vult salvus esse ante omnia opus est, ut teneat catholi. fidem* : in quo vero fides catholica consistat principaliter, indicat sequendo: *Fides autem catholica hæc est, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur*, firmiter hoc credendo, & confiteamur neminem erubescendo. Quam doctrinam prælaudatus Doctor non excogitavit, altissimo cæteroquin suo intellectu, neque hausit ex alio fonte, nisi ex sacr. Evang. ubi docuit Salvator noster, quod quicumque in nomine ss. Trinitatis Divinæ, non fuerit renatus ex aqua, & Spiritu Sancto; *non potest introire in Regnum cælorum*. (Joan. 3. 5.) Unde ante suam ascensionem in Cœlum, Apostolis suis & discipulis præcepit, dicens: *docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti* [Matth. 28. 19.], ut nempe credant, quod verus Deus sit Pater, verus Deus Filius, & verus Deus Spiritus Sanctus; sed non proinde sunt tres Dii, sed unus solus; quia ratione unius naturæ Divinæ, *hi tres unum sunt*. Neque Pater prior, aut major Filio est, neque Filius Spiritu Sancto; sed æque æterni; & æque in una eademque majestate infiniti: Et esto alia sit persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti, tamen propter unitatem naturæ Divinæ, ut inquit S. Fulgentius: *Totus Pater in Filio, & Spiritu Sancto est; totus Filius in Patre, & Spiritu Sancto; & totus Spiritus Sanctus in Patre, & Filio : nullus horum extra quemlibet ipsorum est* [inter opera August. t. 2.]. Igitur hoc modo: *qui crediderit, & baptizatus fuerit salvus erit, qui vero non crediderit condemnabitur*, inquit Christus Dei Filius, (Mar. 16. 16.). Quis igitur dubitare audebit super hac veritate, quam Filius Dei testatur ore proprio? *Si testimonium hominum*, verba sunt s. Joan. *si testimonium hominum*, inquit, *accipimus*, seu hominibus credimus fide dignis: *testimonium Dei majus est* [1. Joan. 5. 9.]; igitur magis & credendum est illi, imo tam firmiter, quam dubium etiam minimum super hac veritate, horrendissima injuria esset in Deum, & blasphemia: & sic dubitans salutem consequeretur numquam : *Qui enim hæsitat*, teste s. Jacobo Apost. *non æstimet homo ille, quod accipiat aliquid a Domino* (cap. 1. 6. 7.) concernens, scilicet, salutem suam æternam. O quam felices sumus igitur, nos, Fratres mei dilectiss. quoniam invenimur in gremio S. M. Ecclesiæ, quæ nos ablactavit, semperque nutrit lacte hujus salutiferæ doctrinæ. Et, quam incessanter Deo T. O. M. gratias debemus agere, quoniam per hanc fidem, *accipimus spiritum adoptionis*, teste Apost. *quod sumus filii Dei.... & hæredes*, æterni regni sui (Rom. 8. 15. &c.). *Non fecit taliter omni nationi*, inquit Regius Vates, [Psal. 147. 20.] quia innumerabiles hærent misere in tenebris infidelitatis.

Non reticuerim tamen, in laudem & gloriam Divinæ Providentiæ, quod non sit inventa ulla natio in orbe terrarum, quæ in tenebris adeo obscuris sit desolata, ut nullum prorsus lumen sit illi concessum, cognoscendi unum & verum Deum Creatorem.

Digitized by Google

rem. Numquam enim ceſſavit Deus, neque ceſſat, creaturis ſuis rationalibus ſe manifeſtare tam teſtimonio rerum viſibilium, ſicut ſcriptum eſt: *A magnitudine ſpeciei, & creaturæ poteſt horum Creator videri* (Sap. 13.). Quam teſtimonio legis ſcriptæ in cordibus eorum, quadam interiori voce gratiæ, qua ſi bene fuiſſent uſi, potuiſſent utique ad ſupernaturalem cognitionem ſui creatoris pervenire uſque ad veram ſalutis ſemitam. At ſinentes ſe plurimi ab irrefrenatis decipi ſenſibus: *Evanuerunt*, inquit Apoſtolus, *in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: & mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum* [Rom. 1. 21. & 23.]. Hoc modo erraverunt miſeri idololatræ, qui tam cæci fuere, quam non unum Deum verum Creatorem cognoverunt, ſed plures Deos coluerunt, Divinum honorem præſtantes creaturis, non modo rationabilibus, verum etiam irrationabilibus, & inſenſibilibus. Alii vero, & ſi cognoſcant unum Deum cœli & terræ creatorem, ſuperbe tamen, & obſtinate rejiciunt credere ſuis revelationibus, queis aſſeverat ſe eſſe unum in Trinitate perſonarum: quia ſapientiam ſuam extollentes, æſtimant id eſſe non poſſe, quod illi qualiter ſit, non intelligunt, nec attingere poſſunt: *O ſtulti*, dirigo ad eos hæc Evangelica verba: *o ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt Prophetæ!* (Lucæ 24. 25.) quaſi nihil eſſet in Deo, & nil poſſet ille facere, quod nos non poſſumus, quomodo ſint, aut fiant, intelligere? Ubi certiſſime credi debet, quod nequidem intellectus Angelicus naturaliter poſſit ſcire & intelligere cuncta Divina myſteria, & præſertim ss. Triadis, quod maximum eſt, & ſumme inveſtigabile. Volo honorare Prophetam novæ Legis s. Joan. Apoſt. petendo ab illo hujus veritatis teſtimonium.

Inter plurima myſteria, quæ Divinus Magiſter, dilectiſſimo diſcipulo ſuo dignatus eſt revelare; oſtendit illi quadam vice videndam pulchritudinem Jeroſolymæ cæleſtis, uti teſtatur in ſua Apoc., dicens; *Ego Joan. vidi ſanctam civitatem Jeruſalem*. [Apoc. 21. 2.] Quæ tam ſpecioſe erat ornata, ut non ſolum platea ejus, & muri ex lucidiſſimo auro mundo, portæ autem ex margaritis eſſent conſtructæ, verum etiam *fundamenta muri*, inquit, *civitatis omni lapide pretioſo ornata* [ibid. ℣. 9.]. O mirabilem pulchritudinem! ſed mirabilius mihi videtur, quod cap. 15. dixerat de templo hujuſce civitatis: *Impletum eſt*, ait, *templum fumo... & nemo poterat introire in templum*. O Deus immortalis! nonne templa fidelium, & lucidiora ſoleant eſſe aliis ædificiis, & aditus eorum cunctis fidelibus patere debet? quomodo ergo glorioſæ civitatis cœleſtis templum eſt tam obſcurum & fumoſum, quam nemo in illud ingredi poteſt? Ediſcere nobis, quæſo, o ſacer Propheta, quale templum eſt hoc Jeroſolymæ cœleſtis? qualive impletum fumo? Reſpondet mihi in eadem Apoc. dicens: *Dominus Deus omnipotens templum ejus eſt, & agnus* (Apoc. 21. 22.). Et hoc mirabile templum *impletum eſt*, inquit, *fumo a majeſtate Dei, & virtute ejus*. Non æſtimetis igitur N. Templum hoc Diviniſſimum caligine eſſe impletum tenebricoſa in ſemetipſo; quia, ut teſtatur alibi idem diſcipulus Chriſti:

280

Deus eſt templum Civit. Cœleſt. ſed quali fumo impletum?

sti: *Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ* (1. Joan. 1. 5.). Imo luce sua, *illuminat omnem hominem* [Joan. 1. 9.] cunctaque lucentia ab eo lumen accipiunt: sed sicut nimius solis splendor impedit oculum nostrum corporalem, quin se contemplari possit: ita majestas, & virtus Divina impedit nostrum intellectum, quin possit introire in hoc templum, seu intelligere altissima Divina mysteria. Olim nobis hanc veritatem prænunciavit coronatus Propheta cantando: *Invocavi Dominum; & exaudivit de templo sancto suo vocem meam*; sed quod introire potuerim ad intelligenda secreta Divini hujus templi, hoc non: quia *ignis exarsit a facie ejus: & posuit tenebras latibulum suum* (Psal. 17. ℣. 7. 9. 12.).

Myster. ss. Triadis investigabile.

Latibulum hoc potissimum est mysterium Sanctissimæ Trinitatis, cujus virtus, & majestas est tam excelsa, quam nullus intellectus creatus attingere potest & ingredi, ad intelligendum, & capiendum, qualiter fiant operationes in hoc templo cœlesti, seu inter tres Divinas personas. Quis enim attinget, & intelliget, quomodo Pater æternus, æternum generat Filium, & Filio non est prior? Quomodo Spiritus Sanctus procedit ab utroque, & neutro est posterior? Quomodo una natura Divina indivisa, in tribus subsistat distinctis personis; quarum cum quælibet sit Deus, non sunt tres Dii, sed unus solus? O densas tenebras in oculis mentis creatæ! Quam bene dicitur: *Impletum est templum fumo a majestate Dei, & virtute ejus, & nemo poterat introire in templum*. Ergo non est tentandus ingressus in hoc templum Divinum cum superbia, ad scrutandas Divinæ virtutis & sapientiæ operationes intrinsecas, & increatas, creato intellectu, sed humiliter hic subjiciendus est fidei, ad credenda ea firmissime, quæ in sacris paginis Deus testari voluit nobis per Prophetas, & novissime per unigenitum filium suum, nostrum Redemptorem: ut mox diximus.

Unde non admiror ego obstinatos Judæos, qui in prædicatione hujus mysterii scandalizantur: minusque Turcas, & alias nationes infideles, qui superbe contemnunt fideles christianos, irridentes eos, quia credunt Deum habere Filium, qui cum Patre, & Spiritu Sancto, est unus idemque Deus; quia tam altum mysterium sapientia, & intellectu humano attingere, & intelligere non valentes, reputant stultitiam esse id credere: quocirca dum nos fideles hæc credimus, & credendo confitemur, uti fas est, atque prædicamus. *Prædicamus*, inquit Apost. *Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam*, (1. Cor. 1. 23.) sed bene dixit paulo ante: *Pereuntibus quidem stultitia est, iis autem qui salvi fiunt Dei virtus est*: quare autem illis stultitia est, iis autem virtus, qua salvi fiunt? Auscultate rationem, quam deduco ex doctrina & testimonio ejusdem Apostoli, quia nempe illi *dicentes se esse sapientes*, [Rom. 1. 22.] æstimant se posse omnia Divina secreta attingere humana sua sapientia; cæteroquin non esse credibilia: itaque cum inscrutabile, & altissimum mysterium ss. Triadis non attingant, nec intelligant, qualiter hoc fieri potest, ut Deus, seu Pater cœlestis ab æterno generet filium, qui non est illo junior; quod ab utroque procedat Spiritus S., qui pariter est

281

Stultitia est repr. infideli creditio prædic. sterioru fidei, electis eus sal di.

Deus

Digitized by Google

Deus verus: & tamen cum sint tres, non sunt tres Dii, sed unus solus Deus, sicut scriptum est: *Dominus Deus noster unus est*: (Deut. 6. 4.) cum, inquam, hæc & similia sapientia sua mundana non attingant, stultitia eis videtur id credere. Porro hi, qui salvi fiunt, obediendo illi præcepto Spiritus sancti, dicentis per os Ecclesiastici: *Altiora te ne quæsieris, sed quæ præcepit tibi Deus cogita semper* [Cap. 3. 22.] non elevantur investigando, sed humiliantur credendo Divinis revelationibus; quia Deus fallere non potest: Itaque idipsum, quod primis videtur stultitia, iis fit virtus, per quam salvantur. Firmo hanc veritatem verbis Apost. dicentis: *Quia in Dei sapientia*, ideſt, in Christo Dei filio, qui est sapientia increata Patris, *non cognovit mundus Deum*, ideſt obstinati Judæi, & cæteri infideles noluerunt credere eum esse verum Deum; sed hoc stultitiam æstimaverunt: *Placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes*: (1. Cor. 1. 21.) nam, *quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes* (Ibid. ℣. 27.) mundanos, eorumque superbiam humiliet, cum viderint in tremendo judicio electos per id ipsum esse salvatos, quod ipsi scandalum reputabant, & stultitiam. Hoc est quod dicebam in principio sermonis, prædicaturum me hodie scandalum, & stultitiam: revera enim stultitiam prædico reprobis, ast vobis Dilectiss. Fratres, spero fore, ut sit virtus salvandi; prædico enim mysterium SS. Triadis esse credendum firmissime, quod scilicet Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sint tres propter differentiam personarum, & quivis horum, est verus Deus: quia tamen hi *tres unum sunt*, propter unitatem naturæ Divinæ, quæ est una eademque in omnibus tribus, ideo non sunt tres Dii, sed unus solus, cœli & terræ creator. *Hæc est fides catholica, quam nisi quisque crediderit, salvus esse non poterit.* (S. Ath. in Symb. Fidei ℣. ultimo.)

Dixi igitur me non mirari prædictos infideles reprobos; *quia qui non credit jam judicatus est*, inquit Divina veritas: [Joan. 3. 18.] sed admiror, & deploro, proh dolor! aliquos fideles, qui in sinu S. Matris Ecclesiæ Catholicæ dulcissimo, & suavissimo lacte cælestis hujus doctrinæ enutriti, & in hac fide, cuilibet necessaria ad salutem, instructi, non modo illam non vivificant bonis, sed etiam mortificant operibus malis, atque injuriantur & blasphemant, dubitando de identitate ejus & veritate! Utinam enim non darentur modo in christianismo, quibus Christus, qui corda novit omnium, si descenderet modo de cælis, esset dicturus, ut quondam Judæis: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* (Matth. 15. 8.) Longe est utique eorum cor a Christo, qui de sua, aut Spiritus S. Deitate vel minimum dubitant. quia talis dubitatio destruit fidem Sanctissimæ Trinitatis. Longe est pariter a Salvatore, & a salute cor eorum, qui æstimarent aliquem salvari posse, sit ipse bonus ceteroquin quantumlibet, nisi sit firmissimus in vera fide; quia teste Apost. *sine fide impossibile est placere Deo*: (Hebr. 11. 6.) Fides autem vera non est multiplex, sed una sola, inquit enim idem Apost. *Una fides, unum baptisma, unus Deus*: (Ephes. c. 5. 6.) Quomodo ergo posset salvari sine vera fide? Fides denique vera in Ecclesia Catholica dumtaxat

282

Dubium in mysteriis fidei impedit salutem.

Fides vera è una, quæ in sola Eccles. Cath. colitur.

Digitized by Google

xat invenitur, quæ est unica, & vera sponsa Christi, sicut ipsemet canit per sapientissimum in Sacr. Cant. *una est perfecta mea*: (6. 8.) Hæc est dilectissimi Fratres, Arca, extra quam nullus fugiet a naufragio. Utinam autem non darentur fideles in christianismo, qui, aut ex simplicitate quadam & ignorantia, quæ tamen eos a peccato mortali non excusat, aut ex præsumpta sapientia, suspicantur aliquando de Divinitate Christi in cruce pendentis, vel in Sacramento altaris existentis. Item; qui quadam impia pietate audent cogitare, quod illi, qui observant legem suam & mala non faciunt, imo multa bona moralia, esto non sint in gremio Ecclesiæ Catholicæ, salvantur. Impia, inquam, est hæc pietas, quia per illam inhonorantur, & blasphemantur, cum Ecclesia Sancta, tum etiam sponsus ejus Christus, insimulando mendacii, quia contemnuntur tot ejus testimonia, quot jam audistis. Recordetur igitur unusquisque, quid dicat s. Jacobus: *Qui hæsitat, in corde, non æstimet homo ille, quod accipiat aliquid a Deo*, præmii æterni, nisi cogitationes Christo injuriosas, & venenosas animæ suæ procul pellat ex suo corde.

Blasphem. & injuriazur Christum, qui hæsitat in uticulis fidei.

283 Si ego scirem [quod non crediderim] dari aliquos in hoc fidelissimo populo, qui vexantur a talibus dubiis: revocarem illis ad memoriam diluvium illud universale, quando aquæ excreverant, & operuerant omnes montes, imo *quindecim cubitis aqua fuit altior super montes*, inquit Sac. Textus (Gen. 7. 20.) dicitote, quæso, modo mihi, an ulli tunc spes fuit evadendi naufragium? Nulli certe, respondetis mihi cum Sacra Scriptura, nisi solis illis, qui fuerunt in arca Noemi; illi securi dormiebant, cæteri omnes sunt submersi. Equidem bene, ita est; quia arca illa, juxta sensum s. Joan. Chrysost. Ecclesiam Cathol. significaverat: & in ejus structura præfiguratum est etiam mysterium unitatis, & Trinitatis Divinæ, super quo, utpote super principali fundamento, ædificata est Ecclesia Catholica. Arca illa erat trecentorum cubitorum longa: triginta cubitorum alta: & tres habebat ordines, seu pavimenta; cur putatis cuncta hæc ad tria reduci? Respondet s. Joan. *ubique numerus exprimens Trinitatem*: (Homil. de Spirit. S.) Porro tectum ejus deductum fuit ad unicum palmum: *in cubito consumabis summitatem ejus*. Dixit Deus ad Noe: (Genes. 6. 16.) ad significationem unitatis essentiæ Divinæ. Sicut ergo nulli spes erat, ut dixistis, evadendi naufragium aquarum diluvii, nisi solis illis, qui erant in arca, quæ in sua structura significationem habebat unitatis, & Trinitatis: Ita certe nulli spes est evadendi naufragium damnationis æternæ, nisi sit in gremio S. Ecclesiæ Catholicæ, cujus fides fundatur in mysterio unitatis, & Trinitatis Divinæ.

Arca N. signif. E. cl. Cath.

In struc. Ar. va Arc. præfigura. sa S. Trin. tas, & Tri. nitas Div.

Non recedo ab hacce arca, antequam indicem vobis & aliam felicitatem S. Ecclesiæ, in illa præfiguratam, juxta doctrinam prælaudati Doctoris, qui dicit: *Arca erat latitudinis quinquaginta cubitorum, significantium Pentecosten, & Jubilæum*: (Joan. Chrys. l. c.) quia in lege veteri numerus 50. significabat remissionem peccatorum. Quilibet enim annus quinquagesimus, erat annus jubilei. Per hoc igitur significatur; quod & si inter Christianos, qui sunt in gremio Ecclesiæ Cathol. dentur multa peccata, dempta

Remi. pec. in cl. Cath. non ex datur.

pta infidelitate, pro quibus timendum esset illis naufragium ignis æterni in die judicii; nihilominus datur in illa peccatorum quoque remissio; & non extra illam; quia sine vera fide, non potest esse vera pœnitentia: Itaque vos dilectissimi, dummodo in hac sacra arca, & in fide sanctissimæ Triadis constanter & firmissime maneatis, post millena peccata habere potestis felicitatem remissionis: ubi illi infelices, qui extra illam sunt, neque unius peccati veniam possunt habere, nisi prius ingrediantur in illam, per portam fidei sanctissimæ Trinitatis: cujus altissium mysterium, cum in semetipso nec attingere possimus, nec intelligere; convertamus, pro conclusione sermonis, oculum considerationis nostræ ad radios effectuum ejus, quos miro modo producit in suis creaturis: *invisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*, ait S. Paulus (Rom. 1. 20.) brevi finituri.

PARS SECUNDA.

284 JAm vidimus increatam lucem operum creatoris, in mysterio SS. Triadis tam esse grandem & excelsam, quam lux creata, & sapientia nostri intellectus contemplari illam directe, seu intelligere in semetipsa non potest quin debilitetur, & allucinetur, sicut allucinatur oculus corporalis, intuendo directe solem. Nihilominus infinita bonitas Divina, cum admirabili arte & sapientia, *in manibus suis abscondit lucem*, inquit sac. Textus (Job. 36. 32.) idest in operibus manuum suarum, seu in creaturis diffudit quamdam lucem creatam, in educendis effectibus admirandis, per quos *annunciat amico suo*, seu creaturæ rationali voce tacita, ut cujuslibet altissimi mysterii notitiam aliqualem habere, *& ad eam possit ascendere* (ibid. V. 33.) dummodo converso oculo considerationis suæ ad radios effectuum admirandorum, queis ditat Deus, & fructificare facit suas creaturas, digne laudet, & revereatur humiliter invisibilem Creatorem, in iis quæ videt, & quia videt, ea credit; esto qualiter fiant non possit capere, & intelligere.

In primis igitur isti increduli, & dubiosi non subjiciuntur credendi mysterium Ss. Triadis, quia non possunt attingere sapientia sua humana, quomodo Deus possit esse unus, & trinus. Ast ut sapientia eorum stultitia appareat superbæ obstinationis, attollamus mentem ad considerandam unam nubem, visuri magnificentiam Creatoris investigabilem nobis in ipsa creatura, atque virtutem: Scriptum est enim: *magnificentia ejus, & virtus ejus in nubibus*: (Job. 11. 6.) Sustollamus, inquam, oculos ad campos aeris; ecce videmus in eis nubem super nos, ut tentorium, extensam; quis crederet, nisi videremus paulo post & experiremur, eam tria hæc in se simul continere: aquam scilicet, quam dimittit in pluvia: ignem, quem dispergit in coruscationes: & fulmina lapidea, quæ cum horribili tonitru decidunt in terram? Modo dicant mihi isti sapientes increduli, quomodo nubes, cum sit levissima ut fumus, possit sustentare fulmen illud lapideum, tam grave & durum, quam turres munitissimas, dum tangit, diruit; altissimasque scindit arbores & frangit? Quomodo aquam non modo gravem, verum vasi impositam nulli, non effun-

Umbra seu similit. SS. Trinitatis, in magnificentia nubis.

Digitized by Google

dit simul totam, sed discretam in minutissimas guttulas dimittit per dies, & septimanas? Quomodo tandem cum aqua, quæ est humida & frigida, continet simul flammas, quas spargit in fulgura tam ignita, quam ferrum liquefaciunt & lapides, dummodo tangant? Hanc magnificentiam, & hæc prodigia Creatoris, in creatura ipsi vident, & tamen quomodo fiant non attingunt sua sapientia, & volunt attingere ejus magnificentia & operationes intrinsecas? *O stulti & tardi corde ad credendum*? Ecce, *in manibus suis abscondit lucem, & annuntiat amico suo, quod possit ad eam ascendere:* ideſt, in operibus manuum suarum posuit quamdam umbram, ut per illam possimus ascendere ad cognitionem mysteriorum fidei credendorum. Si enim in nube tria tam contraria esse possunt; quare in infinita, & ineffabili Deitate non possent esse tres personæ: Pater, qui tonat dicendo verbum, seu filium generando: Filius, qui totam creaturam illuminat, ut *ostenderet secreta sapientiæ suæ*: Et Spiritus Sanctus, qui irrigat nos pluvia beneficiorum, diffundendo super nos bonitatem suam, uti promisit per Oseam dicens: *Ero quasi ros*; & *Israel*, seu fidelis, *germinabit sicut lilium*. (14. 6.)

285 Si hæc magnificentia creaturæ posita in nubibus non sufficit, ut ascendas ad cognitionem ineffabilis virtutis, & magnificentiæ ejusdem Creatoris in credendo mysterium Sanctissimæ Triadis: restat ut ex sacra Scriptura tibi dicam cum Jobo: *Interroga jumenta & docebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi*: (Job. 12. 7.) quod virtutem, & operationes Divinas, nec extrinsecas in creatura, quanto minus intrinsecas in ipso creatore, nos attingere possimus naturaliter? Et quidem mitto te ad aviculas tam viles, & parvulas, quam sunt apes, quarum partus est favus mellis: considera, quæso, hunc mirabilem partum, & applicans totam istam sapientiam tuam & intelligentiam, explora, an possis attingere quomodo sit factus? qua virtute eum aviculæ illæ pepererint? qua arte construxerint? equidem attingere non vales: & tamen credis eum esse partum dictarum muscarum: credis in illo contineri pretiosos duos liquores, ceram, scilicet, quæ tam Divino honori, quam usui humano, ardendo & lucendo, inservire est apta; atque mel dulcissimum pro nutrimento nostro: hæc, inquam, credis, quia vides & experiris, esto non possis attingere qualiter fiant. Interroga ergo eas, unde sibi sapientia, & virtus tam pretiosos liquores e floribus, & herbis exprimere, & ab omni alio succo secernere? Quis illas docuit artem tam ingeniosam, ut primo construant ex cera illas domuculas mirabiliter ordinatas, sibique invicem conglutinatas; deinde melle eas dulcissimo usque ad summum impleant, & occludant ita, ut nec una guttula effluat, esto non sint sursum conversæ, sed inversæ ad latus? *Interroga*, inquam, hæc *volatilia cœli, & indicabunt tibi*, inquit Sac. Textus, quod Creator omnipotens hanc artem eas docuerit, hanc sapientiam illis infuderit, & virtutem fructificandi admirabilem hunc partum dederit. Si igitur tantam virtutem tribuit creaturis ita vilibus, quantam tua sapientia attingere, tuusque intelletus non potest intelligere; quare non confiteris humiliter eumdem creatorem in se-

Irrationabilia nobis annuntiant investigabilia mysteria Dei esse credib.

Apum ar admir. C sapientia ducit ac in cognitio nem invo stigabilis oper. Dei

semetipso habere modum, sapientiam, & virtutem, quæ ab intellectu nostro intelligi non possunt, minusque attingi humana sapientia, nisi per solam fidem credendo suis sacris Scripturis, sed potius cum obstinata superbia, quia non attingis tuo intellectu, quomodo cœlestis Pater producit lucentissimam ceram, seu generat filium, qui, ut inquit s. Joan. *Illuminat omnem hominem*; neque intelligis quomodo cum eodem fructificat mel dulcissimum, seu spirat Spiritum Sanctum, de quo Psalmista canit; *dulcis, & rectus Dominus* [24. 8.] quia, inquam, non attingis per tuam sapientiam, tenes id non posse fieri, consistens in tua obstinata superbia?

Sapientes sibi, reipsa stulti, qui?

Bene de similibus dixit Apost. *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt*: [Romanorum 1. 22.] Et nonne facti sunt stulti in altitudine sapientiæ suæ? Non intelligunt, qualiter in nube simul consistant illa tria contraria; ut diximus: qualiter apes favum construant, melque & ceram parturiant? qualiter terra in se aurum & lapides pretiosos; supra se autem arbores, & cum eis dulcissimos quoque fructus sine marito concipiat, & procreet? Qualiter ex silice obscurissimo, & frigido chalybe collisis, ardens, splendens, & fomitem accendens procedat ignis, & alias innumeras parturitiones, & operationes admirandas creaturarum; & tamen quia vident, non possunt hæc non credere, esto non attingant intellectu quomodo fiant: nolunt autem humiliare intellectum, quod creator, qui has virtutes dedit suis creaturis, infinite majores habeat in semetipso: sed obstinati persistunt, volentes, aut operationes ejus intrinsecas mente capere, aut eas non credere: Quo circa Deus ipse admirando hanc obstinatam & stultam superbiam, exclamat per Isaiam, dicens: *Numquid ego, qui alios parere facio non pariam? Ego qui aliis generationem tribuo sterilis ero?* (66. 9.)

Lapillus in oculo est istis incredulis fortassis credere, quomodo potest esse, ut Pater cœlestis Filium generet, & tamen non est senior Filio? & quomodo Filius est ab æterno generatus in plenitudine sui esse, & tamen Pater numquam cessat eum generare? Idem dicendo etiam de processione Spiritus Sancti. Ast respondet Apostolus. *Invisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur*. Considerent, isti sapientes, torrentem illum lucis, qui diffundens radios suos universum mundum illuminat; unde scriptum est. *Sol in aspectu vas admirabile, opus excelsi*. [Eccli. 43. 2.] In hoc enim excelsus non solum posuit lucem illam, qua mundum illuminat; sed aliam quoque abscondit, qua annuntiat cuilibet intellectui creato, ut possit habere notitiam, *& ad eam ascendere*, coæternitatis trium personarum Divinarum: Sol etenim generat splendorem, & ab utroque procedit calor, & tamen nec splendore, nec calore est prior vel unico momento temporis, quia sine iis fuit numquam. Item esto splendor generatus sit a sole in suo esse perfecto adhuc in instanti suæ creationis, tamen numquam eum generare cessat, & idem dicendum est de calore. Quare ergo creator, qui hanc virtutem infudit creaturæ, non posset ab æterno generare filium in esse perfecto, & tamen numquam cessare eum generandi, *qui est splendor Paternæ gloriæ*, teste Apostolo. Et

286

In sole adumbratur coæternitas trium personarum divinarum.

Digitized by Google

qui sit Patri natura coæternus & tempore, sicuti tempore splendor coævus est Soli. Item quare ab utroque non posset procedere ab æterno calor Divinus, seu Spiritus Sanctus neutro posterior: de quo idem Apost. inquit: *Deus noster ignis consumens?* [Hebr. 12. 29.] Ausim repetere illud Evangelicum, *o stulti & tardi corde ad credendum*! Apparet utique palam, quod sapientia incredulorum, qua existimant mysterium SS. Triadis, aut humano intellectu attingi debere, aut credi non debere, sit vera dementia mortiferæ superbiæ, & obstinationis; cum ex ipsis creaturis possit illuminari intellectus ad sui creditionem. Stultitia autem fidelium, idest fides, qua credunt mysterium SS. Triadis; & etiam quod Deus multa possit, quæ confitemur nos capere non posse; est vera sapientia salutiferæ humilitatis, & simplicitatis. Unicum restat dilectiss. N. ut hanc sanctam fidem Catholicam, quam corde credimus, operibus quoque vivificemus; quia sine iis cum sit mortua proderit nulli. Perseveremus igitur continuo illam operibus vivificando, inquit enim Divina veritas: *Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit:* (Matth. 10. 22.) Quod Trias Sanctissima Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, unus Deus, concedat nobis omnibus. Amen.

Sapientia insipiens, & stultitia sapiens: quæ?

ISTO'

Digitized by Google

ISTO' SVIDOCSANSTVO X.

SLAVO=BOSANSKI

O D

PRISVETOGA TROJSTVA.

Ottajſtvo priſv. Trojſtva 1. Tako imamo virovati, da inaçie nitkoſe nemore ſaraniti. 2. Takoje viſoko, i neizvidljivo, daſe mloghim çiní budalaſhtina virovatiga. 3. motrechí çudnovaté njegove plodove, koje çiní úſvom ſtvorenju, poznajeſe, da ová budalashtina pravovirnie, jeſt iſtinnitá mudroſt od ponixenſtvá, á mudroſt nevirnie, jeſt prává, budalashtina od holoſti njiovæ, i ottvardnutja.

Tres ſunt qui teſtimonium dant in Cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus; & hi tres, unum ſunt.

Triſu, koi svidoçanſtvo dájú na nebeſie, otac, Sín, i du S.; i ova trí jedno Jesu.

287 OD mladdoſti mojæ, kakotakó, Aposhtolskim poslom od pripoviedanja buduchiſe sluxio, ſpominaoſamſe vazda od ponukovanja Oca moga ſerafinskoga, koi odregen za podapriti czarquu s. ne ſamo ſvoim, nego joshter i ſvoie ſinova pripovidanjem, ljubeznivo nji nagovárá, i ponukuje: *Ut in prædicatione, quam faciunt, ſint examinatæ, & caſta eorum eloquia*: da u pripovidanju, koe çiné budú iskuſana, i çiſta njiova govorenja; da, il budalashtiné koje iz huſtá ne rekú, il ſmútnje komu úſarce ne metnú: i pák evo ſada, da reçem pod ſtaróſt, i ſmutnju nikim, i mloghim budalashtinu imam pripovidati. Csuliſte, uffam, N. da Iſuk. ú danashnjemu Ivangelju Apoſtolom, i ú njima ſvima nam pripovidaocem zapovídá, govorechi: *Docete omnes gentes*, uçite ſve naarode: i na drugom miſtu: *prædicate omni creaturæ*: pripovidajte, veli, svakomu ſtvorenju.

Do-

Dobro Isuse dobri, Spasitelju nash i Odkupitelju, evosmo pripravni obsluxiti boxanstvenu tvoju zapovied; al ukaxinam, mollimo, shto imamo za najparví, i poglaviti temelj ovæ, koju zapovidash pripoviedati, virræ, navishtivati púkom, i naarode uçiti? Evo dok mestra pítam, uçenikmi odgovárá: oni doisto uçenik, koi na veçeri najposlidnjoj poçinu na krilu, i na parse isloga Boxanstrenog mestra svoga, i zaczarpi poznanje privisokie skrovishta Boxie, i mudrost svoju iz onoga studenca boxanstvenoga: onmi, reko, odgovárá, dase ima navishtivati po svemu okolishu zemaliskomu, i dase imaju uçiti svikollici národi; *Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus; & hi tres, unum sunt.* Dasu trí velli, koi svidoçanstvo pridaju na nebu, Otac, Sin, i Duh S. i ova tri, jednosu. Ovoje, Br. moja, ottajstvo prisvetoga Trojstva koje s. Carqua, sasvima pravovirnim sinovma svoim, svake godine na dan danashnji svecçanom shtujé uspomenom, za ispoviditi oçito, i svidoçiti po svemu shirokomu svitu prid svakiem stvorenjem nebeskiem, i zemaliskiem, da jednoga Boga ú jedinomu bistvunaravi svoje, jesu trikijpa, illiti sobstva, Otac, i Sin, i Dhu S. Ovoje ottajstvo sakriveno, *a seculis & generationibus*, od vikoová i národah, kako svidoçi s. Pavao: zashtoga nijedan jezik stvoreni nemore istomaçiti, pace ni razumiti pamet naravnó. Ovoje ottajstvo, koje mloghimse çiní budalashtina virovatiga. Nishtamemanje ja imam danas pripovidati ovu budalashtinu: zashto veli Apost. s. Pavao: *Placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes*: omilliloje Bogu po budalashtini od pripovidanja spasene uçiniti one, koi virujuh. I odluçiosam ukazativam. Parvó: da ovo ottajstvo tollikose ima virovati temelsito, da skobi ú njemu posumljio nigdase saraniti nebi mogao. Drugo: daje tako visoko i neizvidljvo, da kollikose more ponizno virovati, a ne holo istraxivati; tollikose mudrostju ljuskom nemore dosegnuti, vech akose tko metné popeti na ovu visinu, prieche vrat slomiti, kakosu i mloghi: zato holiem nevirnikom nikimse çiní smutnja, a mloghim budalashtina ovo ottajstvo virovati. 3. prighibajuchi misli nashe na çudnovate plodove, koje çiní prísv. Trojstvo ú svomu stvorænju, poznatichemo, da ova budalashtina priprostitosti pravovirnie, jest istinnita mudrost spasonosnoga ponixenstva: a mudrina ottvardnutie nevirnikah, jest praava budalashtina ottrovna holosti. Dostojanstvo i visina ovoga govorenja, velliko vashe nastojanje ziskuje ú poslushanju, ipoçinam.

Budalashti ná od spasenja, Kakvaje?

Tres sunt qui testimonium dant in cœlo Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres unum sunt. Da drugoga maknutja neimamo razgovátise od ovoga privisokoga ottajstva, koga sveççanu uspomenu virri nashoj i poshtovanju prid oçi mechæ danas s. Carqua Katoliçanska: da drugoga, velim, neimamo maknutja, izvan samo visinu njegovu i velliçanstvo; barzobi doisto svarshili, razdilivshi ú mallo ríçí govorenje: ispovidajuchi, to jest, ja sjedrim Prorokom, i govorechi: *A, a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum*: Ah gospodine Boxe, evo neznam govoriti, zashto díte ja jesam: a vi z'drughim odgovárajuchi: *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram:* 288

ſtram : Evoje Boog vellik, koi pridobívá illiti nadhodí znanje nashe i mudrost. Zatim ú muçanju shtovatiga virujuchi boljebi bilo, negoli od njega mlogo govoriti, i iztraxívati iſprazno : Svakibo jezik ljuski, pram velliçinom ottaistva prisvetoga Trojstva, kakono malashna dítteshca, jest tepav, i svaki razum stvoreni, pram njegovom viſinom, tollikoje nizok, kolliko skroviishtah njegovie ni po jedan naçin naravnó doſegnuti nemore. Nishtanemanje buduchi da ú poznanju, ú virri, i ú iſpovidanju ovoga ottajstva, kako ú temelju najparvomu, i poglavitomu, ſagragiujeſe dostojanstvo od nashega ſpaſenja; nie slobodno pastirom, i pripovidaocem od njega ſaſvim muçati; nego imaju s'opázom, i poniznó govorechí, ovçicam ſvoim pravovirnim navishtivati oná, kojaſu od Boga oçitovana ſvarhu ovoga ottajstva, i ú ſvetí listoví upiiſana: da çujuchi çesto, kako brez ove virre nitko nemore unichi ú xívot viçnji, boljeſe potvardé ú njoj, i ustanovité.

Takoje, Bnatjo poljubljena, nitko, nitko ſaranitiſe nemore, ako neviruje, daje Boog jedan, u Trojstvu od ſobství, illiti kí povah. Ovo isto uçinas Boxanstvení nauçitelj s. Ambroſio, koga riçi navishtuje s. Carqua çesto, po ſvemu okoljshu zemaljskom, á oſſobito danas, pivajuchi ovako: *Tkogodir ochse ſpaſen biti, prie ſvega potribito jeſt, da darxi virru katoliçanſku*. Uçemu pák zdarxiſe oſſobitó vira Katoliçansça, ukazuje slidechi ovako: *Fides autem Catholica hæc eſt, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur*, á virra Katoliçanska, veli, jest ovò, da jednoga Boga ú Trojstvu, i Troistvo v jedinstvu shtujemo, i da tako iſpovidamo, temeljito virujuchi. Koga nauka reçeni nauçitelj, nie izmislio, premdaje bio inaçie pameti prioshtre, i razuma; negogaje zagrabio iz bunara s. Ivangelja, gdinas uçi nash ſpaſitelj, da tkogodi ú ime priſvet. Troiſtva nebude priporogen vodom i duhom s. *non poteſt introire in regnum cœlorum*, nemore unichi ú kraljeſtvo nebesko. Shtaradi prie uzashaſtja ſvoga na nebeſa, Aposhtolom ſvoim, i uçenikom zappovidi govorecchi: *Uçite ſve-naarode, karſtechi nji, ú ime Oca, i Sina, i Duha S.* A' toje, neka viruju, daje práví Boog Otac; práví Boog Sín, i práví Boog duh s. sasvim tizim nieſu tri Boga, nego jedan sám; buduchi, da zaradi jedine naravi Boxanſtvene (*bi* 3. *unum ſunt.*) Ovi troica, jeſu jedno, kako veli s. Ivan Apoſto. Nitije Otac ſtarrii, il vechí od sína, ni sín od Duha s. negoſu jednako viçnji, i jednako, u jednoj iſtoj naraví i Boxanſtvu, neſvarsheni, i neizmirni. I premdaje drughi kíp Oca, drughi sína, á drúghi duha s. ſaſvim tizim zaradi jedinſtva od naravi: *vasje Otac ú Sinu, i u dubu s. vas Sin ú Ocu, i ú Dubu s. i vas Duh s. ú Ocu, i ú Sinu: nullus horum extra quemlibet eorum eſt*: nijedan od oviziu nie izvan drugoga. Dakle po oví naçin tko bude virovati, i ú ovie ime karshten, *Salvus erit, qui vero non credederit condemnabitur*, biticha ſpaſen, a tko neuzviruje bichę oſſugen: veli Iſuk. ú Ivang. Tkoche dakle ſumljiti ſvarhu ove iſtine, koju ſvidoçi Sin Boxi iz uſta vlaſtitie. *Ako ſvidoçanſtvo ljusko primamo*, veli s. Iv. Apoſt. illiti ljudma poshtenim virujemo: *teſtimonium Dei majus eſt*: Svidoçanſtvoje, veli, Boxie vechę, daklemu vechma imamo i viro-

va-

Brez virre ni Troſtva, ni nitKoſe nemore ſe-ſtaiti.

vati: paçe tolliko temeljito, kolliko ſumlja najmanja ſvarhu ove iſtine, bilabi Bogu pſovka ſtraſhna, i ſramota: I tkobi tako ſumljio nikada nebi ſpaſenja doſtigao: *Tkobo ſumlji*, kako ſvidoçi s. Jakov Apoſ. *nekaſe nenádá çovik oní dache primiti shtogod od Boga*: shtoſe príſtoi, tojeſt, na ſpaſenje viçnje. Kollikoſmo dakle ſrichni mi N. koiſe nahodimo ú krilu s. M. Czarquæ Katoliçanske! I kollíko Bogu primílloſtívomu, i privellikomu imamo brez príſtanka zaffaljivati: zashtobo po ovoj vírrí: *acciplmus ſpiritum adoptionis*: prymamo, kako ſvidoçí Apoſ. Duh od poſſinjenja: *Daſmo ſinovi Boxí*; *i bashtinici* viçnjega kraljeſtva njegovà. Odkud velle dobro pivá Prorok okrunjeni: *Non fecit taliter omni nationi*: níe uçinio tako ſvakomu naarodu, buduchi da neizbroení oſtaliſu ú tminna od nerviſtva.

Kriſtjani KolliKoſu ſrichni tolliKo imajù bit hami.

289 *Provigenje Bo. niKom nemajka za ſpaſenje.* Nishtanemanje za Slavu i poshtenje provígenja Boxiega, neímam omnuçati, daſenenaodí nikakav naarod na okolishu zemaliskomu, koíje oſtavljen ú tminna tolliko mraçnie, damu nikakva ſvítloſt nìe dopushtena, za poznati jednoga Boga, i ſtvoritelja pravoga. Nigdabo nie priſtao Boog, niti priſtaje, ſtvorenju ſvomu razloxitomu ſebe oçitovati, tolliko ſvidoçbom ſtvarí vidljiví, kakoe piſano: *A magnitudine ſpeciei, & creaturæ, poteſt horum Creator videri*: od veliçanſtva lipotæ i ſtvorenja, moreſe, vellí, oviziuh ſtvoritelj vidditi, i poznati; kolliko ſvidoçbom zakona upiſanoga ú ſarcij njiovij, nikím glaſom iznutránjim od milloſti, kojom milloſtju daſe budu dobro sluxili, moglibi doiſto doſegnuti na poznanje ſvathunaravno ſvoga ſtvoritelja, tja do ſtazzæ od pravoga ſpaſenja. Ali puſtívshiſe mloghí odnezauzdaní, ochiuchenja privaríti, *evanuerunt*, izlúdiliſu, veli Apoſ. s. Pavao, *ú miſlíj ſvojj, i potavnilo jeſt budalaſto ſarce njiovo*: *Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis*: i prominiliſu, veli, slavu neumarloga Boga ú priliku obraza umarloga çovika: *Et volucrum, & quadrupedum* joshter i xivína nerazloxitie. Po oviſu naçin ſpúta zashli nevoljni idoloklanjaoci, koiſu bili tolliko slípi, kolliko niſu poznavali jednoga i pravoga B. ſtvoritelja; negoſu mloghe shtováli; Boxie poshtenje çinechi ſtvorenju, ne ſamo razloxitomu, nego joshter i nerazloxitomu. A drughí akoſu i poznavali illiti poznajuh jednoga B. neba i zemlje stvoritelja; ſaſvim tizim otvardnuvshi holo odbacuju, i neche virovati njegovim oçitovanji, koimſe nam ukazuje, daje jedan u Trojstvu ſobství, illiti kípóváh; zashto uzdixuchi mudrost ſvoju i razum, ſcíné, da ono biti nemore, shto oni, kako bívah nemogú doſegnuti, ni razumiti. *O ſtulti* imamhim rechi iz Ivang. ove ríçi. *o ſtulti, & tardi corde* (imo obstinati) *ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt Prophetæ*! o budalasti, i kaſní ſarcem, paçe ottvardnutí, na povirovanje ſvega, shtoſu govorili Proroci! Kako da neima nishta ú Bogu, ída nishta Boog nemore uçiniti, shto mi nemoreno, kakoſe çíní, doſegnuti ni razumiti? Gdi istinnitoſe imá virovati, da ni Angeoski doisto razum náravno nemore znati, ni razumiti ſviuh Boxanstvenie skrovishta, á navlastito priſv. Trojstva, koeje najvechæ, i najvechma neizvidljivo, i ottajno. Ochu poshtovati Proroka od novog zákoma, s. Ivan. Apoſ. proſe-

NiKiſu mo gbo Bogo shtovali daj uchi ſvo renju poſli Boxie.

Begaſu je: noga nik poznali; a ne prij Trojs.

sechi od njega svidoçbu ove istine.

190 Megjú mloghim ottajstvi, koja Boxanstvení Meshtar dostojase oçitovaci poljubljenom uçeniku svomu, ukazamu jedan pút da viddí lipotu Jeruzolima nebeskoga, kako svidoçí isti ú knjiga od oçitovanja, govorechi: *Evo ja Ivan vidje s. Grád Jeruzolim*, koi tolliko ghizdavo biashe nakichen, da nesamo çarshia njegova illiti pjazza, í zidovi biahu od sjajnoga zlata çistoga, á vrata od bisera sagragena, nego joshter; *Fundamenta*, temelji, veli, *zida grada ovoga svakim kamenjem draghim nakicheni*: O çudnovate lipote! Ali çudnovattiemise viddí ono, shto prie, na pogl. 15. biasbe rekao od Czarque ovoga istoga grada. *Impletum est templum fumo, & nemo poterat introire in templum*: napunilase, veli, biase Czarqua dimma, i nemogashe nitko unichi ú Czarkvu. O Boxe neumarli! Neobiçajuli Czarque pravovirnie biti i svitlie od ostalí graagjá, i slobodno biti svima pravovirnim unioditi ú nji? Kako dakle slavnog grada nebeskoga Czarqua, tollikoje mráçna i dimljiva, da ú nju unichi nemore nitko? Káxinam molimte, ó s. Proroçe, kakvaje ovo Czarqua Jeruzolima nebeskoga? kakvimlie dimom napunjena? Odgovarami ú isti knjiga od oçitov. ovako: *Dominus Deus omnipotens templum ejus est, & Agnus*. Gospodin Boog svemoguchi, veli, jest Czarqua grada ovoga, i Jaganjacz: I ova çudnovata Czarkva, napugnenaje dima, *a majestate Dei & virtute ejus*, od velichanstva Boxiega i kriposti njegovæ. Nemojte dakle sciniti N. daje Czarqua ova Boxanstvena, tminama napunjena samausebi: zashto kako svidoçí isti uçenik pripoljubljení: *Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ*: Booghje svitlost í tminá ú njemu neima nikakvie: nego josh svitlostju svojom, *illuminat omnem hominem*, prosvitljuje svakoga çovika; i sva koja sjajú na svietu, svitlost svoju od njega primajú, nie dakle, kako reko, Boxanstvena ova Czarqua mraçna ú samasebi; nego na priliku sunca: kako vellika svitlost sunçaná zabranjuje okku nashemu tilesnomu, daga nemore gledadati: tako velliçanstvo, i kripost Boxia zabranjuje razumu nashemu, da nemore unichi ú ovu Czarquu, illiti razumiti privisokie Ottajstvi Boxie. Davnoje nama navistio ovu istinu kraljevski Prorok pivajuchi: *Invocavi Dominum, & exaudivit de templo sancto suo vocem meam*: zazivaosam, veli, Gos. i uslishaoje glas moj odonuda iz Czarque s. svoje: Mah neveli s. Prorok daje on onamo ú nju uniodio, zashtobo, *ignis exarsit a facie ejus, & posuit tenebras latibulum suum*: Oganj, veli, gori od obraza njegova, í postavioje tmine skrovishte svoje. Ovo skrovishte ossobitó jest ottajstvo prisv. Trojstva, koga kripost í velliçanstvo tollikoje visoko, kolliko nijedan razum stvoreni unichi nemore ni dosegnuti, da razumie, kako, po koili naçin bivaju dillovanja ú ovoj Czarqui nebeskoj, illiti megju tríma kipovi Boxanstveniem. Tkobo igda more dosegnuti, i razumiti, kako Otac viçnji, viçnjega sína porágja, i ták nie starrij od sína? kako Duh s. izhodi od obodvoice, á od nijednoga nie mlagí, ni poslidnji? kako jedna nárav Boxanstvena nerázliçita stoi ú trima sobství, illi kípovi rázliçitím, od koi kipoovah buduchi svaki Boog, nisu tri Boga, nego

Ottajst. prisv. Trojst. nezvidljivo &c.

Czarqua Jeruzolima nebeskoga Boga.

Koimje to nazvano?

nego jedan sám . O' mraçnie tminah prid oçima ſtvoreniem ! Dobroe piſano doiſto : *Napunjenaje Czarqua dimom od velliçanſtva Boxiega , i kripoſti , i nitko nemogashe unichi ú Czarkvu.* Dakle neimaſe N. s' holoſtju kushat unishaſtje ú ovu Czarquu Boxanſtvenu , iztraxujuchi kripoſti Boxie , i mudroſti dillovanja iznutarnja , i neſtvorenah , razumom ſtvorenim ; negoſe oví ima priloxiti ponizno s. virri , the virovati temeljćto oná , kojá ú ss. piiſmi doſtojaoſe jeſt Boog nama ukazati , i svidoçiti po Prorocí ; i najposlie po jedinomu ſínu svomu , nashem Odkupitelju , kako çuſmo mallo prie .

291 Shta radi neçudimſe ja otvardnutim çiffutom , koi ú pripovidanju ovoga ottajſtva smuchiujuſe , á josh manje Turkom , i drughim národom nevirnim , koi holò pogargjuju pravovirne karſtjane , rugajuchiſe shto oni virujuh , da Boog imá ſína , koi s' Ocem , i Duhom s. , jeſt jedan iſtí Boog : nemoguchibo oni ovoga ottajſtva priviſokoga svojom mudroſtju ljuskom , i razumom dokuçiti i razumiti , ſcínæ daje budalashtina tò i virovati . Odkud dok mi pravovirni ovo virujemo , i virujuchi iſpovidamo , kakoſe príſtoi , i pripovidamo : *Pripoviedamo* , veli Apoſ. *çiffutom doiſto smutnju , á naarodom nevirnim budalashtinu.* Ali dobroje rekao mallo prie iſtí Apoſ. *Pereuntibus quidem ſtultitia eſt* : oníem , veli , koi ghinú , doiſto jeſt budalashtina ; *al ovim koi bivajú ſpaſeni jeſt kripoſt Boxia* . Zashto pák oniem jeſt budalashtina , á ovim kripoſt , po kojoj bivaju ſpaſeni ? nuth poslushajte razlogh , koi dovodim , iz nauka , i svidoçbe iſtoga Apoſ. Zashtobo oni , *dicentes ſe eſſe ſapientes* : govorechi daſu mudri , ſciene da mogú sva Boxanſtvena skrovishta , svitovnjom svojom mudroſtju doſegnuti ; inaçie da níeſu za virovatiſe : i tako buduchi da priviſokoga ottajſtva od priſ. Trojſtva ne dokuçujú , niti razumiuh kako ovo more biti , da Otac nebeski od vika poraga ſína , koi od njega nie mlagí : da od obiuh izhodi Duh s. koije po iſti náçin Boog právi : i ſaſvim tízim buduchi troica , niſu tri Boga , negoje Boog jedan samo : kakoje piiſano u ss. liſtoví *Dominus Deus neſter unus eſt* Goſ. Boog nash jedan jeſt . Buduchi reko da ova , i priliçna ovim , mudroſtju ljuskom doſegnuti nemogu , budalashtinaimſe çiní takæ ſtvari virovati . A' ovi koi ſpaſeni bivaju , tojeſt , mi pravovirni , slushajuchi onu zapovid Duha sv. gdi govori po uſta Czarquenoga : *Altiora te ne quæſieris , ſed quæ præcepit tibi Deus cogita ſemper* : Vishie ſtvari od tebe neiziskuj , veli , neg' ono shtotie Boog zapovidio vazda promishljaj : neuzdixuſe holó iſtraxujuchi , negoſe ponizujuh , temeljito virujuchi Boxanſtvenim oçitovanjem , zashto Boog privariti nemore . I tako ono iſto , shto parvím çiniſe budalashtina , ovím bivá kripoſt , po kojojſe ſaranjujuh .

Pripovidžaje Ottajſtvi od virre oſſugenim budalashtina . al obranjem Kripoſti za ſpaſenitiſe .

Potvargjujem ovu iſtinu riçma s. Pavla , koi govorí : *quia in Dei ſapientia* , zashto u Boxioj mudroſti , tojeſt ú Iſuk. ſinu Boxiemu , koije mudroſt neſtvorená Oca nebeskoga : *non cognovit mundus Deum* , nepoznade svit Boga : tojeſt , otvardnuti çiffuti , i drughi nevirnicí , nektishe virovati , daje on Boog ; nego ſcinishe , daje tó jedna budalashtina : *Placuit Deo per ſtultitiam prædicationis , ſalvos facere credentes* : drágo bí Bogu , veli , po budalashtini pripovidanja ſpaſene uçi ,

niti

niti oné, koi viruju: *nam, quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus, ut confundat ſapientes*: jerbo, veli iſti Apoſ. kojaſu budalásta svíetu, obraoje Boog, da ſmeete mudrace ſvitovnje, i holæ ponizi, kad budu vidditi na ſtrashnomu ſnudu, daſu obráni uzdignuti po onoj iſtoj virri, koju oní ſcinjáhú smutnju, í budalashtinu. Ovoje ono shto já na poçetku govorenja reko, dachiu pripovidati danas smutnju, i budálashtinu; dojſtobo budalashtinu pripovidam oſſugenim: Ali uzdamſe, Br. moja ú Goſpodimu, da pripovidam vama kriposht od spaſenja: pripovidambo, daſe ima temeglito virovati Ottajſtvo od priſ. Trojſtva: To jeſt daſu Otac, Sín i Duh s. troica, zaradi razliçitoſti od kípóvah, i svaki od oviziú jeſt právi Boog: nishtanemanje, zashto, *hi tres unum ſunt*, ová trì jedno jeſu, zaradi jedinſtva od naravi Boxanſtvene, koja jeſt jedna iſta u svetrima, zato niſu tri Boga, negoje Boog jedan, ſtvoritelj neba, i zemlje. *Ovoje*, Bratjo moja, *Ovoje virra katholiçanska, koju tkogodi temeljito neuzviruje, ſpaſen biti nemore*: kako svidoçi s. Atanaxio.

292 Reko mallo prie daſe néçudim nevirnikom oſſugeniem, zashto, *qui non credit jam judicatus eſt*: tko neviruje jurveje ſugen, veli Iſukarſt: negoſe çudim, i plaçem ſramotu nikie karſtjanah, koiſu u krilu S. M. Czarquæ Katol. prislatkiem mlikom nebeskíem od ovoga ſpaſonoſnoga nauka odranjeni, i ú ovoi virrí, potribitoj svakomu za ſaranitiſe, nauçeni, i uzdignuti, daju ne samo neoxivljuju, niti pokripljuju dobrim, nego josh morræ, i zatushujuh dillima zlím. Al imam rechi i viſhe, ſramotujoj çinæ, i pſujuh, ſumljechi svarhu ovæ iſtinæ: zashto Boogbi dao, da ú karſtjanſtvu neima i sada nikie, koimbi Iſuk. da sníge snebæsá, mogao rechi ono, shtono reçe davno çiffutom; zaſto ſvaçie sarce poznaje: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me*: Púk ovi úſtma fálí mene i shtujæ, á sarce njiovo daleko je od mene. Dalekoje doiſto sarce onie od Iſuk. koi od njegova, illi Duha s. Boxanſtva najmanjú ſumgliu imajú; zaſto taka ſumlja kvari virru priſ. Trojſtva. Dalekoje po iſtínaçín od ſpaſitelja, i od ſpaſenja sarce ono, koe scini, daſe tko more ſaraniti, akobi inaçie i dobar bio kollikomu drago, izvan ovæ pravæ viræ: zashto, kako svidoçi Apoſ. *brez virre nie moguche Bogu ugoditi*: á viirah nie mlogo právie, nego jedna sáma, velíbo iſti Apoſ. *Jedna virra, jedno karſthenje, jedan Boog*: kakobiſe dakle mogao tko ſaraniti izvan ove jedine právæ virræ. Virrá pák práva samoſe uzdarxaje, ú Czarqui katoliçanskoi; koja jeſt jedíná, i iſtinnita zaruçnica Iſuſova: tako svidoçí on po primudromu ú ss. liſtovì pívajuchi, *una eſt perfecta mea*, jednaje, velí, podpunna moja i cilovita zaruçnica. Ovoje N. korablja, izvan koje od potopa nitkoſe nemore sakrit, ni uçuhati. A'Bogbi dao, kako reko, daſe nenaodi ú karſtjanſtvu, koj, il od prijproſtitoſti, i neznanja, koegni nishtanemanje ne ogovárah od griha smartnoga; il çinechiſe ſavishe mudri, od holoſti, ſumlje kadkad od Boxanſtva Iſuſova, koi viſſi na krixu, i ſtoí na Otaru pod obliçjem kruha, i vina. Takoger koi od nikoga nepravednoga miloſardja, i opakoga smiu misliti, da oni, koi neçine zla, nego dobrá mlogá

Sumlja svarhu ot. tajſtvi, dixe ſpaſenje.

Virra práva joſt jedna samo ú Czarqui Katol.

Digitized by Google

dilloredná, i obsluxuju svoi zakon, ako i nisu ú virri katoliçanskoj, moguse saraniti: Nepravednoje, reko, i opáko ovo smillovanje i ova misao; zashtose po tom sramotí, i psuje, tolliko Czarqua s. kolliko Isus nje zaruçnik; buduchi dase laxju potvorah: poghargjujubose tollika svidoçanstva njegova, i sumljise svarhu nji, kollikostehi çulli ozgor. Nekase spomene dakle svaki pravovirni, shto govori s. Jakov Apos. *Qui hæsitat, non æstimet homo ille, quod accipiat aliquid a Deo:* tko sumlje take ima ú sarcu svomu, nekse nenada çovik oni dache shto primiti od Boga plache viçnje: vechjako take misli sramotne Isukarstu, á ottrovne dushi svojoj daleko istirah od sarca svoga.

293 Ia neimam virovati istinaje, dase naodî takie sumljivácah, u pravovirnomu púku ovomu. Al dabi znao dase naodi koigod, napomenuobimu ja strashni oni potop opchenni, kadano vodde biahu prikrile nesamo poglja i planine; nego joshter, kako svidoçi s. piismo: *quindecim cubitis aqua fuit altior super montes*: petnaest lakáta vodaje bila nadisla svarhu sviu planínah. Reçitemi sada, molim, jeli mogao tko imati uffanje onda neutonuti, i nepotopitise? Valja dami odgovoríte sasvetim listovi: Nitko doisto izvan samo oní, koisu bili ukorablji Noevoj; samo oní slobodni biahu, á svi ostali potopishese ú dubinu od voodah potopa. Teh shto scinite daje zlamenovala korablja Nojeva? shtolli oni strashni potop? ovi doisto zlamenova grihe, navlastito istoçní; á oná zlamenova s. Czarquu katoliçansku: ú kojse sagragenju imá takoger i ottajstva, prisvetoga Trojstva zlamenje, i jedinstva Boxiega: svarhu koga ottajstva, kako svarhu poglavitoga, i paryoga temelja sagragena jest s. Czarqua kat. Biashebo korablja ona od tri stotine lakátá duga; od trideset lakátá visoka: i trima tavani razregena i razdiljena. Viditeli? *ubique numerus exprimens trinitatem* ú svemu broj koi izgovárà trojstvo, veli s. Ivan zlatcusti. Ocheteli pák viditi i jedinstva zlamenje ú njoj? evoga: *In cubito consumabis summitatem ejus*: zapovidi Boog Noju, da ovu tolliko velliku korablju svujú svede, i da nje pokrov zavarshi ú jedan lakat samo, za zlamenovati ú njoj nesamo Trojstvo svoje Boxanstveno, nego i jedinstvo: O plemenite prilikæ ú ovoj korablji od s. Czarque Kat. ú kojojse viruje i shtuje Boog ú Trojstvu, i ú jedinstvu. Kako dakle nikomu nie bilo uffanja oslobooditise od potopa vodenoga, izvan samo onizim, koisu ú korablji, tako doisto nitkose nemore oslooditi od osfugenja viçnjega, izvan onie koisu ú krilu s. Czarquæ Kat. sagradili spasenje svoje na temelju ottajstva pris. Trojstva, buduchi karshteni ú ime O. i. S. i. D. S.

Nishtanemanje nemoguse dílititi od ovæ korablje Noeve, dokvam josh jedne sriche çestite neukaxem, s. Czarque Katol. ú njoj zlamenovanæ, po nauku reçenoga s. Iv. zlatoustoga, koi govori: *Arca erat quinquaginta cubitorum, latitudinis, significantium pentecosten, & jubilæum:* korablja, veli, ú shirinu bilaje pedeset lakata, shto zlamenuje jubileo, illiti od sviu gríha opproshtenje: zashto ú starom zakonu broj 50. zlamenováshe odpushtenje od griha, buduchi da svaka pedesetá godina biashe godina sveta, illiti od jubilea. Po ovomu dakle zlamenujese, da premako i me-

Korabli Noeva zlamenuva Czarqu Katol.

ú sagragenju Korabija No. zlamenje Trojstva i jedinstva Boxiega.

Opproshtenje griha samo se ima ú Czarq. Kath.

Digitized by Google

megju karstjani, koisu ú krílu s. Czarquæ katolíçanskæ naodise ostalie griha izvan nevirstva, za koje imalibise bojati potopa ú oganj viçnji: sasvim tizim ima ú njoj i jubileo, illiti opproshtenje od griha: kojæ srichæ neimaju oni, koisu izvan, zashto brez právæ virræ neima právæ pokoræ, niti odpushtenja od griha. I tako vi, Bratjo poljubljena, isto ako temeljito uzstoite ú ovoj s. korablji, i ú virri pris. Trojstva, poslie iljadu, i kollikomu drago griha, spravim pókajanjem i pokorom od svihu morete imati odma opproshtenje: gdi oni nesrichni, koisu izvan ovæ Czarquæ, i izvan virræ katol. ni jednoga gríha nemogu imati opproshtenja nadvoru izvan nje, vech ako napre ú nju spodobno unigju, kroz vrata ottajstva, i ispovigenja prisvetoga Trojstva. Koga skrovishta buduchi da ú sebi dosegnuti, i razumiti nemoremo: obratimose jedno mallo, za svarhu od govorenja, i pogledajmo okom od promishljanja na zrakke plodóvá njegovi, koje çini çudnovatim naçinom ú svomu stovorenju, imachemo, uffam, uzrok potvardrise ú virri pris. Trojstva: *Invisibilia enim ipsius, a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*. Zashto, kako svidoçi s. Pavao, oná dilovanja Boxia, koja mi nemoremo viditi ni razumiti iznutarnja, po onom shtoje na dvòru ú stvorenju svomu çudnovato uçinio, razumitise mogú.

Dio Drughí.

294 Evo vidismo daje svátlost nestvorena od djelá iznutarnji stvoritelja, ú ottajstvu pris. Troistva tolliko vellika i visoka, kolliko svitlost stvorena i mudrost razgledatijuh uprav, illiti ú sebi kakoje razumiti nemore, zashto suuttaje i smeetáse, kakonose smeeta, i zasinjuje oko tilesno gledajuchi uprav ú sunce. Nisbtanemanje, neizmirna dobrota Boxia s'çudnovatim zanatom, i mudrostju, *in manibus suis abscondit lucem*: ú ruku svoi stavilaje, veli s. piismo, i sakrillz svitlost: tojest ú dilli rukú svoí, illiti ú svom stvorenju razlilaje dobrota Boxia niku svitlost stvorenuh, u izvodenju çudnovatie plodóvah, po koim, *annuntiat amico suo*, navischuje priatelju svomu, illiti stvorenju razloxitom, glasom nikim muçéchim, da kogamu drago privisokoga ottajstva, koje toh poznanje imare i knjemu doprieti: isto ako obrativshi oko od promishljanja svoga k' zrakama çudnovatie plodoovah, koim obogachá, i ploditi çini svoja stvorenja, dostojno bude faliti, í ponizno shtovati nevigenoga stvoritelja, ú onim stvarma koje viddi, i zashto viddi zato í virujæ, premda dosegnuti nemore, kako onæ stvari bivaju, niti razumiti. Naipravo dakle sumljivci, zajedno s' nevirnici nepodláxuse virovati temeljito ottajstva prisvetoga Troistva, zashtobo svojom ljuskom mudrostju dosegnut nemogú, kako troica, Otac, i Sín, i Duh s. mogú biti jedan Boog. Ali za ukazatihim, daje mudrost njiova, budalashtina od holosti ottvardnutæ, zazivam nji neka uzdignu pamet svoju, samnom zajedno, da promotrimo samo jedan oblak, i vidichemo nedosegnuto velliçanstvo, i kripost stvoritelja ú istom stvorenju, shto mí razumit, kako bivá, nemoremo: pisanobo jest: *Magnificentia ejus, & virtus ejus in nubibus*: Velliçanstvo njegovo, i kri-

kripost njegova, ú oblácí. Uzdignimo dakle oko k' nebesom, i pogledajmo polja od arie: Evo vidímo vishe púta svarhu nas oblák razastart, kako niki çador: tkobi pák virovao, kad nebi mallo poslí vidio, i izkushao, da ú onom jednom oblaku, ove tri stvari zajednose zdarxe: Vodda, tojest, koju spushcha ú kishi: Vatra, koju razaspe ú sievanje múnja: i strilice kamenite, koje sastrashnom garmljavinom padaju na zemlju.

Sada, sada, nekami reku tih múdri nevirnici, i nashi sumljivci, kako oblak, buduchi lagan kako dim, more darxati strilice onæ kamenite, tolliko teshke, i tvarde, kolliko najtvargæ kule, isto taknuvshi, razrushaju i obáraju; i privisoka stabla razcijpe, i sataru? kako voddu, nesamo teeshku, nego nespremljenu ú suud nikakav, odma svu neprolie zajedno, negoju razluçenu ú malashne kápi spushcha po nikolliko daanah, kadkad i nedijlja? kako najposli svodom, kojaje mokra, i studena, uzdarxaje zajedno plamenove one, koje razasipah ú munje, i gromove tolliko ognjevite, kolliko dotakavshi samo gvozdie rastapaju, i kaménje. Ovu kripost, ovo velliçanstvo, i ova çudesa stvoritelja privisokoga, i primogochega, oni svoim oçima vide, al kako bívaju ú stvorenju od oblaka, svojom mudrostju dosegnuti, i razumiti pamettju nemogú: pák ochí dosegnuti, i razumiti njegova dilla iznutarnja, ú ottajstva S. Trojstva. *O stulti & tardi corde ad credendum*, slobodnoimje rechi s' Ivang. s. O budalasti, i kasní sarcem na virovanje svidoçbi ss. piisama: Evo vidite kako primillostivi stvoritelj: *In manibus suis abscondit lucem, & annuntiat amico suo, quod possit ad eam ascendere*: toh jest ú stvorenju svomu, u dilli ruku svoi postavioje nikæ zrake sjajnæ, po koim moremo uzachi na poznanje ottajstvi s. Virre, kojase imaju temeljito virovati, Zashto ako ú oblaku tri stvari tolliko suprotivne mogú biti zajedno po veliçanstvu kriposti Boxie: zashto ú neizmirnoj, nesvarshenoj, i neizreçenoj velliçini naravi, i bístva Boxanstvenoga nebi mogla biti tri sobstva illiti kípa: Otac, koi garmí poragjajuchi Ríç, illiti sina: sin, koi sve stvorenje prosvitljuje, *ut ostenderet secreta sapientiæ suæ*, da ukaxe s' krovishta mudrosti svoje: i Duh s. koinas natápah rosom dobroçinstvi, prolivajuchi svarhu nas dobrotu svoju, kakoe obechao po proroku govorechi: *Ero sicut ros, & Israel germinabit sicut lilium*: Jachu veli biti kako kisha, i Izrael, to jest, svaki pravovirní, czvastiche kako ljilian.

Sjen nikí s. Trojstva ú oblaku za poruditise vinvati svo ottajstvo.

Ako pak komugodi sumglivcu nashem, illi ottvardnutomu nevirniku; akoim, reko, nie zadosta ovo velliçanstvo, postavljeno od stvoritelja ú oblaku, za poznanje neizreçeni kriposti i velliçanstva njegova, za virovati ottajstvo prís. Trojstva: ostaje daim s' Jobom reçem iz s. piisma: *Interroga jumenta, & docebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi*: Upítaj kljusadi, i nauçiche tebe; i ptícah, i navísticheh tebi; da kripostij, i dillovanjah Boxie, ní zdvoranjie ú stvorenju, á kolliko manje iznutarnjie ú stvoritelju, mi dosegnuti naravnó nemoremo! I doisto shaljemte k'ptiçicama tolliko malashnim, kollikosu pçelice; koiaiu dillo jest sáth meda, promisli, molimte, ovo çudnovato dillo, i postavi svu tvoju mudrost, nauk i razzum, te kushaj moreshli dosegnu-

295

Od xivi neraz[illegible] moremo u[illegible]sit, virovati neizmiri ozvi[illegible]ljiva ot[illegible]jst. Boxis

ſegnuti, kakoje uçinjeno? kojom-ſnga kripoſtju one ptiçice porodile? kroimli zanatom ſagradile? doiſto doſegnuti faſvom tvojom mudroſti nemoresh: í faſvímtizim virujesh, daje ono plod reçenie mushícah; virujesh da u njemu zdarxeſe plemenita dva raazliva; voſak; tojeſt, koi tolliko Boxiem poshtenju, kolliko sluxbi ljuskoj, gorechi, i ſvitechi jeſt ſpodoban: i Méd prislatki za raanu nashu: Ove ſtvari, reko, virujesh, zashtobo vidish, í iskushujesh, prem da doſegnuti nemoresh, kako bívaju. Upitaj dakle iſtie pçelícá, odkudim taka kripoſt í mudroſt, da tolliko plemenite raazlive iz czvícha, i traavah izpiuçuh, i razaberuh od svakoga drugoga sokka? Tkoije nauçio zanat tolliko mudar, da najpavo ſagradæ od voska onæ kuchice çudnovato uræsene, i zajedno slípljene; pák dahi punne prislatkim medom naliuh, i zatvoræ takò, da ni káp neprolieſe, premda niſu k'bardu okrænute, nego iskræname na ſtranu. *Interroga volatilia cęli, & indicabunt tibi*: upitaj, upitaj, velí s. Job, ove priçice nebeske, tkoim dade tolliku kripoſt? tkoi nauçi tolliku mudroſt, *& indicabunt tibi*, i kazacheti svoim jezikom, dajm svemoguchi ſtvoritelj jeſt ovu mudrost ulio, ovi zanat nji nauçio, i kripoſt njima dao ploditi dillo ovo çudnovato, i poragjati. Ako dakle ovoliku kripoſt dade ſtvoritelj ſtvorenju tolliko malleshnu i potribitu, da tvoja mudroſt dokuçiti, i tvoja pamet razumiti nemore: zashto neiſpovidish, da iſtí ſtvoritelj ima ú sebi naçin, mudroſt, i kripoſt, koja od razzuma nashega razumitiſe nemore, níti nashom doſegnuti mudroſtju, vech ako samo po virri, virujuchi ss. liſtovom? Nego Buduchi da nedokuçujesh razzumom ljuskim, kako Otac nebeskí poragja sjajni vosak, illiti sína, koi, kako svidoçi s. Ivan, *illuminat omnem hominem* svakoga çovika proſvitljuje: niti razumiesh kako, s'iſtim, plodí prislatki méd, illiti dishu Duha s. od koga pivá Boxanſtveni pivalac: *dulcis & rectus Dominus*, sladak, i prav Goſpodin i buduchi, reko, da nedokuçujesh tvojom mudroſtju, ſcinish, da nemore tó biti, nitiſe ima virovati, í ſtoish oſtinnut ú tvóm holomu tvardoglavju.

Pçelicah ſe ninovati zanat, i mudroſt.

Dobroje od takie rekao Apoſt. s. Pavao: *dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt*: govorechi daſu mudri uçinilisuſe budalasti. The nieſuliſe uçinili, ú viſini mudroſti svoje, budalasti? Oni ne razumiuh kako ú oblaku ſtoje reçene tri ſtvari: nerazumiú kako pçele ſagragjujú sáti, i poragjaju voſak iméd: nerazumiu kako zemlja, ú sebi porágjá zlato, i drago kamenje; á na sebi slatko voche svakojako, i to muxa neimajuchi: nemoguh mudroſtju svojom doſegnuti, kako iz tavna kremena, i ſtudena çelika, kadaſe udræ jedno s'drugim, poragiaſe goruchia vatra i sjajna: í drugá ovim priliçna izvogenja, i porogenja, koja vidímo ú ſtvorenju, doſegnuti mudroſtju ljuskom nemoremo kako bivaju: i pák oni iſti buduchi da ova svaka vide, nemogúhi nevirovati. Ali svarhu svega ovoga neche ponizíti pameti, virujuchi da ſtvoritelj primoguchi, koi take çudnovate kripoſti dáje svomu ſtvorenju, neizmirnim naçinom ima veché ú sebi iſtomu; nego ottvardnuti ſtojæ, ottiuchi illi dilla njegova pameju svojom i mudrsnom doſegnuti, illi nekti nji virovati. Odkud Boog iſti videchi ova ottvardnuta

Mudri ſebi, ú iſtinu budalasti, Koiſu?

bu-

budalashtinu njiovu, i holoſt, vapie po Jeremij Pror. govorechi: *Numquid ego, qui alios parere facio, non pariam? Ego, qui aliis generationem tribuo, ſterilis ero?* O budale ú vashoi mudroſti! Jeda Ja, koi drughe çinim poragjati, neimam poragjati ſina? koi drughim plod dajem, i porod, imam biti neplodan Duhom s. koi jedan i drughi, buduchi od biſtva moga, jeſu pravi Boog jedan samnom, ú jednoj iſtoj náravi Boxanſtvenoj. Otac dakle i ſin, í Duh s., svakije od ovi Boog práví, ali niſu tri Boga, nego jedan: zashto, *bi tres unum ſunt*, ova troica jedno jeſu.

296 Josh, more biti, oſtaje trún ú oku ottvardnutim nevirnikom, i nashiem ſumljivcem oví: kako more biti, da Otac nebeski poragja ſina, á od ſina nie ſtarrij? í kakoje ſin porogen josh od vika ú podpunnoſti svoga bijtja: i pak Otac nikada poragjatiga nepriſtaje? Takoger iſto govorechi od izashaſtja Duha s. iz obodvoicæ. Na ovohim odgovara opet s. Pavao: *Inviſibilia ejus, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur*: Ako veli toh nemorete virovati, morete ú iſtom ſtvorenju priliçnu ſtvar videchi, iſtinu poznati. Neka promotræ dakle tí budalaſtí, ú viſini mudroſti svoje: neka promotræ, reko, rieku onu od svitloſti, to jeſt, ſunashce, koe razlievajuchi sjajne zrake svoje, vas okolish zemaljskí proſvitljuje: odkud piiſano jeſt: *Sol in aſpectu vas admirabile, opus excelſi*: sunceje, veli, ú pogledu ſuud çudnovatí, bashje dillo priviſokoga. Csudnovatí ſud doiſto, í dillo oſſobitim naçinom doſtojno zvatiſe dillo priviſokoga: zashto priviſoki ſtvoritelj, neſamoje ſtavio ú njega svitloſt onu, kojom proſvitljuje okolish zemaljski: negoje josh druguh sakrío, po kojoj ukazuje svakomu razzumu ſtvorenomu, da more dochi na poznanje jednoviçnjoſti triú kijpova Boxanſtvenie, kako jedan od drugoga, premda izodí nitie mlagí, niſtari; nit priashnji ni poslidnji, nego jednako viçnja svatri Zashtobo i sunce poragja ſvitloſt, á od obodvoga izhodi vruchina; i pák ſunce nitie ſtarje od svitloſti ſvoje ni od vruchinæ, zashto brez oviziu nie bilo nigda jedan ças, kakoe ſtvoreno; nego ú iſti ças od svoga ſtvorenja porodilloje svitloſt podpunno, i pak nikadaju poragjatí nepriſtaje; niti priſtaje od sunca i od svitloſti njegove izoditi vruchina. Zashto dakle ſtvoritelj primoguchí, koije dao ovu kripost jednomu stvorenju svomu, zashtojæ, reko, nebi mogao imati ú ſebi, i zató poroditi ſina josh odvijka tako, da od nji nitie koi staari, ní mlagij; i toh ú bitju podpunnu; i ſaſvim tizim nigdaga nepristati poragjat; buduchi on, po svidoçbi s. Pavla, *ſplendor paternæ gloriæ*, svitlost oççinæ slavæ. Takoger zashto od obidviu nebi mogao izhoditi od vieka oganj Boxanstveni, i vruchina, illiti Duh s., od nijednog poslidnji, illiti mlagji, od koga isti Apoſ. piishe: *Deus noſter ignis conſumens*, Boog nash oganj ſaxixuuchi: Jedaje svoritelj dao vechiu kripost stvorenju, negoju on imade ú sebi? *O ſtulti & tardi corde ad credendum*! o budale, i ottvardnuti sarcem na povirovanje! neznadeteli, da nitko nemore dat ono, shto neima?

U ſunçu priſiKujeſe jedno viçnjoſt triuh Kipova Boxie &c.

Evoſe ú istinu oçito viddi i poznájæ, da znanje i mudrost ottvardnutie nevirníká, i ſumljivácah nashie, kojom ſcinæ, da Ottajstvo priſ. Trojstva, ilſe ima

doſe-

Digitized by Google

doſegnuti, i razumit pametju ſtvorenom; iſe neima toh virovati; nie drugo, nego jedna práva budalashtina ottrovnæ holosti, i ottvardnutja: buduchi da po istom ſtvorenju moreſe prosvitliti pamet ljuska, za vírovati ovo Ottajstvo nedoſegnutó, i priviſokó. A budalashtina, illiti virra pravovirnie, koju oni budalastinom zovu, i kojomſe viruje temeljito, ne ſamo ottajstvo priſ. Trojstva; nego joshter, da Boog more neizreçená uçiniti drugá, ú sebi, i ú svomu ſtvorenju, koja mi mudrostju ljuskom, niſi doſegnuti moremo, kako bivajuh, ni razumiti; nie drugo, nego práva mudrost ſpaſonoſna od prijprostitosti, i ponixenstva. Samo dakle ostaje, Br. poljub. da ovu virru, koju sarcem virujemo, nemankamo dilli dobrim oxivljívati, zashto brez oviziu; buduchi martva, nienam koriſna. Tijshtimo dakle brez prístanka nju oxivljivati dobrim dilli, zashto govori istina Box. *qui perſeveraverit uſque in finem hic ſalvus erit*, koi uztijshtí tja do svarhe, oviche biti ſpaſen: shto priſ. Trojstvo Otac, i sín, i Duh s., jedan Boog, svimanam dopustjo. Amen.

Mudroſt, neraszumnah: i budalashtina mudrá: Kojaje?

Digitized by Google

TESTIMONIUM XI.

DE SANCTISSIMO EUCHARISTIÆ SACRAMENTO.

Primo: Eucharistia est donum in se tam excellens, quam Deus ipse majus facere non potest, nec dare nobis. Secundo, erga nos tam utile, quam per id provisum est nostræ necessitati: sublevata nostra depressio, & ditata nostra paupertas: ad despectum hostis infernalis. Tertio: quare nonnullis mors est potius, quam vita?

Accipite, & comedite: hoc est corpus meum.
1. Corinth. 11. 24.

497 NEC mihi feliciorem, nec utiliorem vobis N. me umquam fuisse quam hodie, æstimarem; si succederet mihi, bono fato favente, saltem aliqualem cognoscentiam vobis infundere ineffabilis magnificentiæ doni cœlestis, quod sub specie panis & vini nobis datum est in adorabili illo, atque admirabili altaris Sacramento. Hinc, si umquam virtutem optavi Angelicam & sapientiam, fervoremque & linguam Apostolicam, ut Divina vobis mysteria debite, & convenienter annuntiarem; summe hæc mihi hodie, & optanda sunt cælitus, & humiliter petenda. Siquidem intantum a multis dona parvipenduntur, minusque quam fas esset, rependuntur gratiæ largitori; in quantum magnificentiæ donorum & pretia, dum parum cognoscuntur, æstimantur minus. Ah, dilectissimi auditores! panem illum, quem conspicitis & adoratis, non putetis donum esse magnum, magnificentia communi atque ordinaria, quinimmo præstantissima, & extraordinaria. Animo igitur & sublevandi intellectum vestrum ad cognoscentiam excellentiæ tanti doni, & inflammandi voluntatem vestram ad utendum eo debite, gratiasque pro illo incessabiles agendum summo largitori, assumo vobis ostendere: quod panis ille Deificus atque adorabilis sit donum. Primo: in se tam prægrande, quam majus

Quare dona sepe parvipenduntur.

Digitized by Google

jus est ipsa gloria cœlesti ; quia Christus in eo totas divitias suas effudit, ita ut Deus, licet omnipotens sit, majus facere non possit, cum in eo faciendo potentia ejus, sapientia, & bonitas æmulando, contulerit tantum quælibet, quantum conferre potuit. Secundo: est donum, erga nos tam munificum & utile, quam per id provisum est necessitati nostræ, & ad nutriri, & ad curari spiritualiter: sublevata est depressio nostra, ad posse extolli, & quodammodo pie superbire super omnes creaturas : & ditata nostra paupertas, ad posse Deo omnia nostra debita solvere ad æqualitatem, imo & debitorem aliquo modo nobis facere eumdem. Tertio: contemplabimur, quare nonnulli ex pane illo vitæ æternæ, mortem sibi potius, quam vitam derivant. Incipiamus.

298 Quicumque luce catholicæ sanctæ fidei est illustratus, quod Christus duo regna habeat, dubitare non potest; regnum, nempe triumphans, per æternam hæreditatem, quod est paradisus in cœlis ; & militans, per comparationem pretio proprii sanguinis, quod est Ecclesia in terris. Cives illius sunt Angeli, & omnes beati ; hujus vero universi fideles christiani: quorum, sicut utrosque amore infinito amat, ita utrosque æterni regni sui triumphantis fecit cohæredes : primos quidem in possessione, secundos autem, dummodo fidem in baptismo illi datam servent, in certa promissione. Et dedit primis pro esca gloriam cœlestem, juxta cantum coronati Vatis: *satiabor cum apparuerit gloria tua* (Ps. 16. 15.): pro potu vero, omnes paradisi delicias: scriptum est enim : *potabis eos torrente voluptatis tuæ* [Psal. 35. 9.]. Donavit secundis proprium corpus suum pro esca : *Accipite, & comedite*, inquit, *hoc est corpus meum* : & pretiosissimum sanguinem suum pro potu, dicens: *bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus*. (Matt. 26. 24. 25.) Hæc utrorumque dona magnifica, & excellentia esse, nemo potest ire inficias : sed si interrogarer, alterutrorumne majora atque excellentiora ? Salvum mihi esse, reor, debere responderi, quod majora sint, ac excellentiora hæc, quæ data sunt civibus Ecclesiæ militantis, quam illa, quibus potiuntur cives regni triumphantis. Volo dicere ; majus donum in se est, illud divinissimum Sacramentum altaris, atque excellentius, quam sit ipsamet gloria cœlestis paradisi. Nec videatur alicui, responsio hæc paradoxa: *omnibus enim*, inquit doctissimus Joannes de Carthagine, *manifestum est rem, quam pignoramus, majoris esse oportere pretii, quam id, pro quo illa pignoratur* : (T. 1. l. 9. hom. 5.) quam doctrinam exemplo dilucidatam audire placeat. Non nemo vineam incultam emit ; excollendamque, implantandam, ac custodiendam colonis tradit : promittens aliam vineam suam illis pro mercede dandi in hæreditatem : quam tamen illico tradere cum non possit, dat illis in pignus lapidem pretiosum : equidem, nisi lapis hic majoris esset pretii, quam vinea sibi in hæreditatem promissa, nec posset esse, nec deberet a colonis acceptari pro pignore : cum in jure sit scriptum : *plus debet valere pignus, quam debitum* [c. de jur. do.]. Redeamus nunc ad nostrum propositum. Christus Salvator noster, incultissimam utique S. Ecclesiæ vineam emerat: & nos, ut colonos, & in-

Christ. habet duo regna.

Euch. majus donum, gloria cœlesti est.

Pignus debes omne maj. debito.

Euch. est pignus gloriæ cœlestis.

Digitized by Google

quilinos suos, in eamdem misit: *ite & vos in vineam meam*: (Matt. 4. 7.) quam jubet implantari, dicens: *prædicate Evangelium omni creaturæ*: (Mar. 16. 15.) atque sepiri & custodiri per observantiam mandatorum, & adversitatum tolerantiam. Pro laborum vero mercede aliam nobis vineam suam, gloriam nempe paradisi, in hæreditatem sempiternam promisit: *cum vos oderint*, dicebat etenim, *cum vos oderint homines.. & exprobraverint.. propter filium hominis: gaudete, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cœlo*. Quia tamen æterna lege sua, quam promulgaverat, dicens ad Moysen: *non videbit me homo, & vivet* [Exod. 33. 20.], quamdiu sumus in hac vita mortali, eam nobis dare prohibebatur; pignore proprii corporis, & pretiosissimi sanguinis sui securos nos reddere dignatus; *Accipite*, inquit, *& comedite: hoc est corpus meum*. Calice similiter propinato, *bibite*, ait, *hic est enim sanguis meus*. Unde læta, & exultans s. Mater Ecclesia per universum orbem hodie, imo cunctis diebus, canit: *O sacrum convivium, in quo Christus sumitur.. & futuræ gloriæ nobis pignus datur*. Idem testatur s. Thomas Villanovanus, dicens: *hoc Sacramentum est pignus æternæ hæreditatis*. (conc. 3. de cor. Christi) Si igitur, ut supra ostendimus, pignus majoris debet esse pretii, quam illud pro quo pignoratur: evidens est, quod diviniſſimum illud Sacramentum, quo fruimur nos, & nutrimur, utpote pignus cœlestis gloriæ, majus donum in se sit, & excellentius, quam ipsamet gloria, qua perfruuntur beati in cœlis.

Cum autem in præsenti sermo
399 sit mihi cum fidelissimis s. Matris Ecclesiæ catholicæ filiis, sperarim hic esse nullum, non credentem, quod in adorabili illo Sacramento sub specie panis, veridicum corpus Christi subsistat: quinimmo Christus totus in corpore & anima, cum tota humanitate sua, atque divinitate. Quia tamen dicit Apostolus: *inter vos multi infirmi, & imbecilles*: (1. Cor. 11. 30.) formidarim, ne quis talis in creditione hujus diviniſſimi Sacramenti inveniatur: quia dubitat fortassis: quomodo ibi in instanti deesse potest panis substantia, & in substantiam corporis Christi converti? Firmare itaque studebo eum interrogando: dicito mihi, sodes, quomodo in Cana Galileæ, ubi Christus cœpit signa facere & prodigia, quomodo, inquam, ibi in instanti deesse potuit aquæ substantia, & in substantiam converti optimi vini? Quomodo pluries, fulmine de cœlo cadente, in instanti vinum exsiccatur, & vertitur in aerem, extrinsecus vase saniſſimo remanente? In marsupio æs comburitur, & in cineres redigitur, sicut & gladius in vagina, marsupio & vagina manentibus intactis? Hæc & plurima alia sæpe fiunt a fulmine, quæ nisi hominibus fuissent perspecta, tam paradoxa sunt, quam dictu essent incredibilia. Edoce me igitur tu, qui dubitas de Christi præsentia in adorando illo Sacramento altaris. Respondurum te non dubito, si consuluisti coronatum Prophetam, quod omnia dicta, & adhuc majora: *vox Domini intercidentis flammam ignis*; *vox Domini concutientis desertum* [Ps. 28. 7.], soleat facere. Optima equidem responsio: sed si voci omnipotentis Domini tantam esse credis virtutem, ut fulmine rebus duriſſimis consumptis, uti est æs & ferrum, & in cineres reda-

Ad credit. Euch. infirmi firmantur per similitudines.

redactis intrinsecus, mollioribus, uti sunt marsupium & vagina, extrinsecus relictis intactis; quare credendi vacillas, Deum voce verborum consecrationis, de qua idem regius Vates cecinit: *vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia*, (16. V. 4.) ad multiplicandam suam magnificentiam, speciebus, & accidentibus panis externe servatis, interne substantiam ejus efficere, ut esse definat, & convertere possit in suum sacratissimum corpus?

300 Vel forte dubitas & aliud; o incredule, quomodo, nempe, integrum corpus humanum, uti est Christi Domini, consistere in orbiculo panis tam parvo possit? O infirmitatem in recognoscenda omnipotentia Divina, & magnificentia! Sed dic mihi, amabo, iterum: quomodo idem Dominus post resurrectionem suam, integrum corpus in cœnaculum ad discipulos intulit januis nec apertis, nec dirimentibus? Numquid ille, qui immensitatem suam recondidit in utero Virginali, non potest eam in quovis orbiculo, & frusto panis recondere? Ah! jam mihi est in comperto, te, qui talia cogitas ignorare, quod Deus dum parvificat semetipsum, magnificentiam suam multiplicat: audi tamen. Nonne Deus, quando factus est homo, tantum parvificavit suam majestatem, quantum illam recondidit in infantili corpusculo? quia juxta prophetiam Isaiæ, *Parvulus natus est nobis*: esto esset *admirabilis, Deus, fortis* [9. 6.]. Nihilominus, S. Mater Ecclesia, in hac sua parvificatione recognoscit eum multiplicasse suam magnificentiam, dum in Nativitatis ejus solemnitate, primo incipit canere: *Magnificatus est rex pacificus*; ꝟ. ꝟ. quia *vagit infans inter arcta conditus præsepia*, multiplicasse suam magnificentiam, ejus sponsa annuntiat. Porro ad multiplicandam ultro hanc magnificentiam, corpus quoque suum sanctissimum adeo parvificare voluit, ut repositum in orbiculo, seu frustillo panis, nobis illud daret in nutrimentum. Cujus conceptus atque doctrinæ honorem regio Prophetæ, ut oportet, dare cunctari nolo: qui psalmo 110. canebat: *Confessio, & magnificentia opus ejus*: Et ut clare intelligamus eum loqui de admirabili, & magnifico opere ss. illius Sacramenti, prosequitur: *memoriam fecit mirabilium suorum, escam dedit timentibus se*. (Ps. 110. 3.) Nullus itaque N. est dubitandum, quod in divino illo Sacramento, veracissimum sit corpus Domini: & quidem corpus non mortuum, quia Christus postquam semel mortuus fuerat, & resurrexit, *jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur* (Rom. 6. 9.), inquit Apostolus: sed vivum cum anima, & sanguine suo pretiosissimo, totaque humanitate ac divinitate: quod testantur omnes sacri Theologi, cum Angelico Doctore dicente: *Christus Deus, & homo perfectus, sub modici panis, & vini speciebus continetur* (Opus. 57.).

Deum parvificando multiplicat suam magnificentiam.

Dando itaque nobis Salvator 301
pro esca illud Sacramentum, non modo majus donum nobis dedit, quam sit gloria paradisi cœlestis; sed in eo omnes suas divitias quoque contulit, ita ut majora dare, & si vellet, non possit: nec putetis meam esse hanc doctrinam; sed fulgentissimi solis Ecclesiæ, s. Augustini: & sacri Concilii Tridentini. Augustinus quippe hoc præclarissimum perhibet testimonium: *Deus*, inquit, *cum sit omnipotens, plus*

Digitized by Google

Eucharistia, donum majus nec Deus pot. facere: quia Christ. in ea omnes divitias suas effudit.

plus dare non potuit; cum sit sapientissimus, plus dare nescivit; cum sit ditissimus, plus dare non habuit. Nec mirum, quia quidquid divitiarum est humanato Deo, totum effudit in adorabili illo Sacramento: auditote sacrum Concilium Tridentinum: *Salvator noster*, inquit, *instituit hoc Sacramentum, in quo divitias Divini sui amoris erga homines voluit effundi.* [Sess. 13. cap. 2.] Ubi noto sacrum Concilium non dicere, quod Salvator noster suarum divitiarum nos participes fecerit, partem nobis dando, & comunicando: sed quod eas, in diviniſſimo illo Sacramento effuderit totas, ita ut nihil reſtet, quod non dedit. Ne videatur tamen alicui imprudenti, aut Auguſtinum, aut ſacram Synodum minus prudenter prælaudata perhibuiſſe teſtimonia: ſcrutemur, quæſo, univerſas Salvatoris noſtri divitias, laudaturi illico utroſque teſtes. Contemplor omnes divitias Chriſti, in trina ſpecie bonorum contineri. Primo: in eis, quæ habet ut homo. Secundo: in eis, quæ habet ut Deus. Tertio in eis, quæ habet ut Deus & homo ſimul. Omnes divitiæ Chriſti, ut eſt homo, ſunt corpus, anima, & pretioſiſſimus ejus Sanguis. Omnes divitiæ ejus, ut eſt Deus, ſunt Divina eſſentia, cum potentia, ſapientia, bonitate, cæteriſque infinitis perfectionibus. Denique omnes divitiæ ejus ut hominis, & Dei ſimul, ſunt paſſionis ejus merita, ſeu pretium redemptionis. Et vocantur hæc bona tertiæ ſpeciei, ut Dei & hominis ſimul; quia nec ſolus Deus pati; nec ſolus homo promereri pretium redemptionis potuiſſet. Videamus modo, utrum univerſa bona hæc effuderit in adorabili altaris Sacramento. Primo, cum ibi ſit corpus ejus vivum, ut diximus, eſt anima quoque, & ſanguis pretioſiſſimus: ecce omnia bona, quæ habet ut homo. Secundo: eſt ibi divina ejus Eſſentia, & omnes infinitæ ejus perfectiones, utpote ab Eſſentia inſeparabiles; ecce omnia bona, quæ habet ut Deus. Tandem clementiſſimus Pater ejus; *propoſuit*, inquit Apoſtolus s. Paulus: *propoſuit propitiationem in ſanguine ejus propter remiſſionem peccatorum*: itaque dedit nobis omnia merita paſſionis, & redemptionis pretium in eodem Sacramento: ecce omnia bona, quæ habet ut Deus, & homo ſimul: enimvero quando crudelis lancea pectus, mortui jam Salvatoris aperuit, *exivit ſanguis & aqua* (Jo. 16. 34.). Quid hæc ſignificant? Aqua utique virtutem Sacramento baptiſmatis infudit lotionis ſpiritualis: Sanguis vero infudit merita paſſionis ejus & redemptionis pretium in admirandum, & adorandum altaris Sacramentum: ut quoties ad illud accedis, inquit s. Jo. Chryſoſtomus, *tamquam ab ipſo latere hauriens accedas*. [hom. 48. in Jo.] Cum itaque omnes divitiæ Chriſti Domini in dicta ſpecie trina bonorum contineantur: & hæc omnia bona contulerit, & effuderit in auguſtiſſimo altaris Sacramento; qui melius potuit dicere ſacra Synodus, niſi quod in eo omnes divitias ſuas *voluit effundi*? Quive dubitabit quiſpiam divine Divum Auguſtinum, dum dixit Deus eſto omnipotens, ſapientiſſimus, & ditiſſimus, plus dare nec potuit, nec ſcivit, nec habuit, fuiſſe teſtatum?

Divitiæ Chr. omnes ſunt in trina ſpecie bonorum.

Tanta etenim excellentia eſt mirifici hujus operis, ut Divina omnipotentia, ſapientia, atque bonitas; affectando gloriam ejus efficientiæ, æmulatione quadam 302

omip. sap. bonitas Iv. emulæ sunt efficiendo altaris.

dam sint invicem æmulatæ. Quas summus Dominus conciliari volens, statuit, ut in efficiendo illo quælibet conferat; quantum conferre poterat, itaque nulli hæc desit gloria, cum singularum fuisset futurus effectus. Est effectus omnipotentiæ: quia hæc habet duos infinitos thesauros, atque inexhaustos: primus vocatur *Totum*: & est ipsemet Deus: secundus vocatur *Nihilum*: & est id, quod est extra Deum. Omnipotentia divina ex hoc thesauro, qui est *nihilum*, fecit tam grandia & mirabilia, quam sunt cœli, terra, Angeli, homines, cunctaque creata. Qui ergo dubitandum ad se spectasse ea quoque, quæ erant facienda ex thesauro, qui dicitur *Totum*, faciendi?

omip. Divina habet ui thesaurus infinitus.

Equidem sicut ex *Nihilo* omnipotentia fecit admodum grandia, & admiranda: ita ex *Toto*, fecit tam parva, esto admirandiora, quam est Deum deprimi, & humiliari usque ad esse hominem, imo vermem: *ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis*, inquit ore Prophetico (Ps. 21. 7.). Et ultra; ut cum divinitas, tum humanitas, corpus quoque & Anima ejus recondatur pro esca spirituali, & medicamine hominibus, in quolibet frustillo panis consecrati: Sic enim parvificando eum, multiplicavit, ut diximus, ejus magnificentiam. Ecce igitur divinissimum illud Sacramentum est effectus omnipotentiæ, quæ parvificando Deum in illo, magnificentiora & mirabiliora in infinitum fecit ex thesauro suo, qui dicitur *Totum*: quam fecerat ex thesauro suo, qui *nihilum* dicitur, educendo cuncta creata.

Audiamus nunc Spiritum Sanctum in sacris paginis, exploraturi quod etiam infinita sapientia Divina partem, in efficiendo mirifico opere illius Sacramenti habuerit: *Sapientia*, inquit, *ædificavit sibi domum*: Ecce s. Ecclesia: *excidit columnas septem*; ecce omnia Sacramenta: *immolavit victimas*; *miscuit vinum*, & *proposuit mensam suam*: (Prov. 9. 1.) ecce specialis diligentia in efficiendo sacræ mensæ altaris Sacramento. Arbitramini autem fortassis N. bonitatem, seu charitatem Divinam otio, in efficiendo hoc opere magnifico vacasse? quinimmo illi totum, vel majorem partem ad minus, Verbum æterni Patris adscripsisse videtur, dicens: *sic Deus dilexit Mundum, ut filium suum unigenitum daret* (Jo. 3. 16.). Quod si requiramus ultro, quare bonitas, seu dilectio Divina adeo sategerat, ut Deus tantum deprimatur & humilietur, factus homo? respondet ille ipse Dei filius per Vatem s. Oseam, quod ideo descenderit, & carnem nostram assumpserit, ut ex assumpta carne sua, homini escam, in adorabili illo Sacramento pararet: *declinavi*, inquit, *ad eum, ut vesceretur*. [Oseæ 11. 4.] Ecce quanta æmulatione omnipotentia, sapientia, & bonitas Divinæ fuere, in efficiendo opere mirifico illius Sacramenti æmulatæ! Quod munus itaque majus, quod excellentius umquam Deus, dandi fruendum in regno suo militante, idipso habuit?

Admonendam tamen, dilectissimi, charitatem vestram duco: quod, sicut sacramentum illud, quantum in se, est præstantissimum opus atque excellentissimum, veneration em summam ac sempiternam a nobis requirit. Ita, quantum est erga nos beneficentissimum, requirit faciendas gra-

303

gratiarum actiones Deo Patri summas & incessabiles. Per illud etenim nostræ necessitati provisum, nostra demissio sublevata, & paupertas nostra extitit ditata. Quoniam esto nobis sit in pignus æternæ hæreditatis datum, non tamen eo modo, quo pignus dari inter homines solet, pro sola securitate debiti excutiendi; de cætero pignoratarius nec in sua necessitate uti, nec alteri offerre in xenium, nec sua debita solvere idipso valet. Porro clementissimus Salvator noster omnia hæc in pignore suo nobis concessit: Unde per illud provisum est nostræ necessitati. Sicut enim corpus, & in ægritudine medicamento, & nutrimento in sanitate indiget, ita anima quoque. Concessit itaque imo jussit nobis Christus Dominus, ut & pro medicina infirmitatum spiritualium illo utamur, quia *non est in alio aliquo salus*, teste Apostol. s. Petro: (*Act.* 4. 12.) Et pro nutrimento in sanitate, quia *escam dedit timentibus se*, dicens: *accipite, & comedite: hoc est corpus meum*. Ea propter exultat s. Mater Ecclesia cantando: *O sacrum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus: mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur*. Super tanta divinæ clementiæ dignatione, & dignitate animæ nostræ admiratus exclamat Tertullianus: *magnum convivium nostrum, ubi anima de Deo saginatur*! Hoc est illud, dilectissimi, quod promiserat sponsus cælestis sanctæ Ecclesiæ, quando ore prophetico dixit: *ponam te in superbiam sæculorum*: (*Is.* 60. 15.) Enim vero, quilibet christianus, qui saginatur divino hoc convivio digne & nutritur; pie potest quodammodo ac sancte superbire, seu extolli super omnem, etiam angelicam creaturam. Cuncti quippe spiritus, qui in medio nostri delitescunt, videndo nos epulari divinissimo illo convivio, quo nutriri illis concessum non est, & mali, qui ad tentandum accedunt, nobis invident, & boni, qui ad custodiendum sunt ordinati, ad invidiam concupiscunt, invidere enim hi non possunt. Nec putetis doctrinam hanc meam esse; sed Apostoli sancti Jacobi: qui in sua catholica; *ad invidiam*, inquit, *concupiscit spiritus, qui habitat in vobis*: [4. 5.]

Per Eucharistiam, provisum e nost. necessitati.

Nec admiremur N. quod infelicissimus orci spiritus, dum conspicit nos cibari, & epulari mensa cælestis convivii illius, invideat dignitati nostræ, & felicitati: quia si credimus Tertulliano, cæterisque Sac. DD. dum nos digne illo sanctiss. Sacramento epulamur, torquetur ille intrinsecus acerbissime; utpote quod datum est nobis ad ejus despectum, & in pœnam blasphemiæ, & calumniæ Deo factæ in paradiso terrestri cum hominem decepit, cui Deus dixerat, si comederis de ligno scientiæ boni, & mali, *morte morieris*: ille vero e contra, *nequaquam*, inquit Evæ, *morte moriemini*; quasi dicat: Deus vobis non dixit ex amore verum, sed falsum ex invidia, ne Dii similes illi efficiamini: *Scit enim Deus*, dicebat, *quod in quocumque die comederitis; eritis sicut Dii, scientes bonum, & malum*. [*Gen.* 3. 5.] Considerate calumniam, & blasphemiam sacrilegam! mendacii Deum & invidiæ erga hominem insimulare! Quapropter cum Deus sit, ut inquit Tertulianus, (l. 2. con. Marc.) *æmulatione beneficus*; ad detegendum ejus falsitatem, restituendum suum honorem, & manifestandum er-

304

Euchar. c inf. ad de postum, torsionem mali spir sus: In vi dictam bl spemie ej

ga

ga hominem amorem, de cælo descendit: & assumpto corpore humano, idipsum homini in escam dedit ad ejus profecto despectum; dicit enim per coronatum Vatem: *Existimasti inique, quod ero tui similis, arguam te, & statuam contra faciem tuam*, seu ad tuum despectum [Ps. 49. 21.] Quasi dicat: tu, qui scaturigo es & semper fuisti, omnis invidiæ, ac mendacii, me de eisdem criminibus, ad decipiendum hominem, insimulasti; atque ita per esum prohibiti fructus paradisi terrestris, tam enormiter deturpasti & demisisti, quam *comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis*. [Psal 48. 13.] Ego autem ad puniendum tuam temeritatem, vindicandum meum honorem, manifestandumque sinceritatem amoris erga hominem, per esum fructus paradisi cælestis ita eum exaltabo, ut comparetur, & similis fiat Deo per gratiam; quod per naturam, veluti falso tu spiritus invide asseveras, fieri non potuit: unde conversus ad homines, ore Davidico & annuntiavit: *ego dixi, Dii estis, & filii excelsi omnes* (Ps. 81. 6.) Illos nempe dixit omnes, qui per sumptionem dignam corporis Christi in illo habitant, & ille in eis: idcirco & admonuit singulos dicens, *manete in me, & ego in vobis*. (Jo. 15. 4.) Quoniam prius jam præscripserat normam in se manendi, quando dixerat: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo*. (Jo. 6. 57.) Conversio itaque in ultima cæna pane in carnem suam, & vino in sanguinem: *Hoc*, inquit, *est corpus meum: hic est sanguis meus*: quæ porrigo vobis: *comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi*. [Cant. 5. 1.] *Vidisti*, verba sunt s. Jo. Chrysostomi. *Vidisti industriam Domini*, inquit, *quomodo invidiam diaboli, contra nostram salutem, in ipsius rursum caput convertit*. (Hom. 45. ad pop. Antioch.) Equidem, in ipsius caput convertit, dum pro sanando vulnere, quod hostis porrigendo escam paradisi terrestris nobis inflixit, ad despectum ejusdem invidiæ, escam illam paradisi cælestis dignatus est nobis porrigere: *accipite & comedite*, inquiens: ut invidus, sicut testatur sanctus Bernardus, *videat, & invideat, & invidia sua magis torqueatur*. (*Ser. 54. in Cant.*)

Porro spiritus lucis non dixerim posse invidere; ast si pœstis hæc eos inficere posset, tantam felicitatem, & gloriam nostram non possent ipsi quoque non invidere: ita de throno Apostolico summus Pontifex Urbanus octavus pronunciavit, dicens: *Si quid in rebus humanis est, quod nobis superni cives, si in eos invidia caderet, invidere possent, id vere est sacrosanctæ Missæ Sacrificium*. (in Bull. Miss.) Non invident igitur illi equidem; sed ad invidiam concupiscunt, juxta testimonium prælaudati Apostol. sancti Jacobi: & æmulationem quamdam eos habere, etiam deduco ex ipso Evangelio Christi Domini. Nota est omnibus parabola illa de duobus filiis; quorum junior accepta hæreditate a Patre discessit, quam vivendo luxuriose brevi dissipavit: tandem necessitate, & fame eum cogente, ad Patrem, facti pœnitens, rediit: qui illum non modo libentissime excepit, atque induit vestimentis solemnioribus; sed lætitiam quoque, symphoniam, chorumque adscita vicinitate fieri jubet; epulasque occiso vitulo saginato parari ac instrui.

305

Ang. boni invidere non possunt, tamen ad invidiam concupiscunt Euch.

Per Sacr. Euch. similes simus Deo, & manemus in Christo, & ille in nob.

Digitized by Google

Redux ſenior ex agro, lætitiam, ſymphoniam, atque fratrem juniorem pretioſis veſtibus indutum contemplatur, & tacet abſque ulla æmulatione: nihilominus cum didicit vitulum ſaginatum quoque occiſum eſſe illi pro epulo, en illico æmulatione concitus: *tot annis ſervivi tibi*, dicebat ad Genitorem, *& numquam mandatum tuum præterivi, & numquam dediſti mihi hædum . . Sed poſtquam filius tuus hic, qui devoravit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum.* Quid putatis intelligi N. per vitulum hunc ſaginatum, niſi illum, teſte Dionyſio Emiſſeno: *qui toties occiditur, quoties in altari immolatur.* (*hom. in hunc loc.*) Peccator, qui juniore filio ſignificatur, accipit utique in Baptiſmo ſemel, & toties in Sacram. Pœnitentiæ, quoties illud debite peragit, hæreditatem gratiæ a cæleſte Patre: quam diſſipat, diſcedens ab eo per peccatum, cum paſſionum ſuarum mundique libidinum, meretricibus; facti nihilominus pœnitens, quoties redit, toties lætitia, ſymphonia, choruſque inſtruitur: quia *gaudium erit in cælo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente*, inquit Salvator noſter, *quam ſuper nonaginta juſtis.* (*Luc.* 15. 7.) Angelus, qui ſeniore filio ſignatur, numquam mandatum cæleſtis Patris tranſgreſſus, a ſua creatione illi ſervivit fideliſſime, nulla æmulatione commovetur propter lætitiam, ſymphoniam, & chorum; hæc quippe concupiſcere, cum habeat, non poteſt. At vero cum videt, quod peccatori etiam *hic vitulus*, verba repeto Dionyſii Emiſſ. *ſaginatus omni virtute, & gratia plenus*, occiditur: ſeu porrigitur manducandum divinifſimum illud Sacramentum, *in quo Chriſtus ſumitur*; *concupiſcit ad invidiam.* quia optaret, ſi permiſſum ſibi eſſet, ſaginari cibo illo diviniſſimo ipſe quoque. Proviſum eſt itaque neceſſitati noſtræ, quo ad ſanari, & nutriri ſpiritualiter, dum conceditur uti illo divino pignore tam glorioſe, ut in invidiam agantur etiam ſpiritus immortales, & concupiſcant ad invidiam eo ſignari convivio.

od pripovidanja, evo shipkom jezika moga taknuosam sarcza vasha N. i ukazaosamvam svidoçbom s. listóvá, da oni prisv. i od najvishega poklona dostojní Sakramenat, ú sebi promishglen, jest dár koi nadhodi istú slavu nebesku, í tolliko izvarsnit, kolliko Boog vechega neima, niti morenam dati; buduchí Isukarst ú gnemu izlionam sva svoja bogastva. A pram nama tolliko plodan, i koristan, kolliko po gnemu, i potribí nashoj polak pichæ, i likarie duhovne jest provigeno, na stramotu nepriateglia paklenoga: i snijxenje nashe uzdignuto, dase moremo ponositi, i devoto holití svarhu svakoga stvorenja: i sromashtvo nashe obbogacheno, da moremo cillovito isplatiti sve nashe dugove Bogu, i ponikí naçin zaduxitiga joshter. I od svega ovoga govorenja nie druga odluka moja i xeglia; nego; da ukazavshívam tollikú izvarsnitost dára ú onomu Boxanstvenomu Sakramentu, maknemvas i probudim, da brezprijstanka dostojne fále uzdajete daritegliu tolliko dobrostivnu. I dase dárom oním nebeskim slúxijte, i uxijvatega spodobno ú strahu sinovskomu, çisto ú dushi sjajnoj, i sveto ú svakom poshtenju, spoklonom dostojnim. I da nesmiete pristupiti k'onoj tarpezi Isukarstovoj inaçie, nego plamenom uxgani gliubavi gnegovæ, tako da odstupgliujuchi od gnæ sjati moreti svitlostjur od kripostij, i prossipati iz sebe iskre od dobrí, dijlá; *uçinivshise*, kako ponukujæ s. Ivan zlatoustí, *uçinivshise*, velí, *djavlu strahoviti*, kakono *lavi vatru iz sebe prosipajuchi*, od gliubavi B. i obslúxenja zappovijdij gnegovie. Akoli komu sva ová ponukovanja nijsu zadosta, dase uxga gliubavju: evomu nadostavgliam jedno za strestiga, i uzdartati strahotom, i svarshujem udigl.

Na prijem. hrenje imaj spobno- mslupati &c.

Dio Drughí.

Shtiem ú Ivangelju s. Ivana poglavju. 6. da Isukarst prigovarajuchi onom Boxanstvenom Sakramentu tijla svoga, reçço: *Ego sum panis vitæ*: Jasam, velí, kruh xivota: i mallo poslí: *Ako tko bude blagovati od ovoga kruha xivitiche*, veli, *u viek*. I *kruh, kolchim ja dati, tijlo moje jest za svijeta xivot*. Saswím tizim çujem, da pjevá s. Czarqua, ú piisemi s. Tomæ nauçitegla Angeoskoga, ú Missi danashgnoj: *Mors est malis, vita bonis*: smartje zliem, xivot dobrijm. Mah! kako ovo! Dakle kruh onf, od koga, *si quis manducaverit non moriatur*, ako tko bude blagovati da neima umrití, velí spasitegl, nemore biti nikiem na smart? Nemojtese çuditi, pridrágá Bratjo moja, nego oddimo promátrajuchi piisema unaprídak za razumiti ovo skrovishte. Sveta piisma skazujú, da puuku Israelskomu ú pústigni dáta bijaje nikáx jizbina, kojabi padala srossom jutargnom snebba na zemgliu: koju jizbinu zválisu *Mannam*. *Erat autem Man, quasi semen coriandri*: á biashe Manna, velí s. piisemo, kako sime nikæ tráwæ, kojase zove *koriandra*. Alí zashto Boog otçje da ona *Manna* pada ú zarnju, na prijliku zarnja trave koriandræ? Nut poslushajte Ottajstvo: Imate znati parvo, da, kakonas svi s. Nauçitegli uçé: *Mannæ* biashe prijlika, i sjen nikí ú starom zakonu, onog Boxanstvenoga kruha, komuse danas klagniamo. Drugo imate znati, da sime ove travæ koriandre,

dre, imá, kakonas uçæ naravní nauçitegli i likári, dvi kriposti, illiti vlastistva çudna: parvoje, da nesamo kadase czielo posie, nego joshter, akocheshga izcijpati i na mlogo komadijchia, pák usiati, sve jednak plodd uçiní, i niknæ, kolliko i gdie cielo usiano. Drugu kripost çudnu imá ovú: Akose ovo sime spodobno, i po naukú i pripporuci od likárah uzmé ú jizbini, jest likaria çoviku suprot raazlikim bolestma: Ali shto? akose uzme inaçie, nespodobno, i nepripravno po nauku od likárah, nesamo nedonosí ozdravglenja çoviku, negomu josh naudí, i mlogo pútá smart uzrokujæ, ilga çiní pobudaliti i uçiniti kao pomamna.

SaKr. od ostava plodde çiní prilicne simenu Koriandræ tráve.

O Plemenitæ prijlikæ s. onoga Sakramenta, ú ottajstvu! Zato dakle N. Mannu onu nebeskú ottje Boog sniodici ú prijlici símena koriandræ tráve: dase ú prijlici cillovito prijlikujæ plod onoga, shtoje ú gnoj prijlikovano. Parvo dakle, kako ono sime toliko cielo, koliko rascijpleno na vishe dielóva, jednako nikne, i istí plodd uçinij, tako nash oní kruh Boxanst. od Sakramenta, akochemoga razlomiti na 100. komadijchiá, ú svakomuje vas kollik Isukarst, i çimij ú dúshi iste ploddove: svidokmie s. Czarqua pivajuchi danas: *Fracto demum Sacramento, ne vacilles sed memento, tantum esse sub fragmento., quantum toto tegitur*. Razlomivshi Sakramenat, spomenise á nepredaj, tollikoje pod komádom, svím kolliko skrívase. Drugo: kako secenæ travæ koriandræ sime, onako doisto i nash prisv. Sakramenat, akose príma spodobno po ponukovanju likárá duhovnie, s' onom pripravóm, i çistochiom, gliubavju i uxgan-jem sarcza, kako uçé ispovidnici, i pripovidaoci, istinnito ozdravglenje i xivot duhovní, i viçgní dúshi dájo: Ali inaçie sve suprotivno: zashto koiga, kako velí s. Pavao, *jide nedostojno, ossudu samsebi jide*: ottiuchi rechí: tkogodí pristúpá k'enom Sakr. i ranijse tijlom Gospodinovím brez pripravæ, brez straha sinovskoga, brez pravoga skrushenja i pokajanja od grihá proshastij, i temeglitæ odlukæ nepovratitise vishe ná grihe; onomu plodij, ne blagosov ú dúshi, nego proklestvo: ne zdravje, nego pommamu; ne spasenje, nego osstugenje: i tako ne xivot, nego smart: *mors est malis, vita bonis*: smartje dakie, oní kruh Boxanstvení zliem, á xivot dobriem, zashto oní nísu pripravili mista ú dúshi svojoj Isukarstu, nego djavlu. Sva istina od ovoga govorenja ú nevirnomu i nesrichnomu Apostolu izdajniku, kako ú czaklu sjá i viddise: koi buduchise pricæstio ú grihu smartnomu od izdajstva, nepokajavshise, nego imajuchi bash odluku izvarshiti, kako biashe namislio: *post buccellam intravit in eum satanas*, udigl kakose priçésti, veli s. Ivangelje, unijge ú gnega fotona: i skoçivshi iz zatarpezæ, kako pomaman ottige çiniti vechæ oppaçine. Ah Boogbi dao, dase nenaodi í ú sadagnem narashtaju mlogo prijliçnie Judi! Ali boimse, boim vehoma: The kakochiu nebojatise, ghledajuchi da mloghi po priçeshtenju nishta nebijvajú boglí ni kriposnii ú svoím dilli i çignenji? odkud boimse N. da oni nepripravni pristupajú na onu çast Boxanstvenu, i od obiçaja isto nikoga, á ne od gliubavi uxgani devotionom, i slatkostju duhovnom: paçe boimse josh daimse garstij na oní prisveti Sakra-

Digitized by Google

kramenat, kao nikim od púka Israelskoga na mannu nebesku; nego samo pristupajú od stijda, megiu drughim karstjani, dase nenazovú nevirnici.

Manna, od koje velí s. Pijsmo da imadiashe ú sebi, *omne delectamentum, & omnis saporis suavitatem:* svakó naslàgenje, i svakoga okushenja ugodnost: nikim od púka Izraelskoga tólliko neslatka biashe, da smiddoshe rechi: *Anima nostra nauseat super cibo isto levissimo:* namase, velí, garsti na tú jizbinu od nishta. Virrujem, o neharní i opáki, dase sarçzu i dushi vashoj, kakonoti nedostojnijm od pichæ nebeskæ, garstij: Ali nuth upijtajte Mojsia, i drughæ dobræ i dostojnæ Izraelichiane; i çuchete da gnima dajæ slatkost svakæ ijzbinæ, kojugodi pametju zaxelæ. Tako imá i sada karstjaná, koímse garda na onu jizbinu Boxanstvenu tako, da teshko jednòç ú godini dánà k'gnoj pristupæ, i toh od obiçaja, i od stída nikog gliuskog, á ne od gliubavi, i od harnosti: Zató ú gnima i neploddij slásti od kriposti, i plodda od dobrie dijlá. Takiem onij Sakramenat nie kruh od xivota, nego od smarti: zashto ne çinèse po gnemu, *Djavlu strahoviti, kako lavi vatru iz sebe sippajuchi*: negomu misto pripravgliajú ú dúshi svojoj kako Juda izdajník. Ako dakle, shto neimam virrovati, koga nemogú maknuti ponukovanja od dostojanstva i izvarsnitosti onoga dára neizreçenoga, dase uxgá gliubavju: nekaga ová reçená sad najposli maknu strahom, da neçist nitko, nitko nedostojan neprikuçujese k'onoj tarpezi Isukarstovoj: çustebo svi garmgliavinu strahovitu s. Pavla Apos. *Tko nedostojno*, velí, *jidæ, ossugenje sebi jidæ*. Upamtite: i pogite ú mijru Boxiemu: koivas sve uçinio dostojne. Amen.

TESTI-

Digitized by Google

TESTIMONIUM XII.

DE

NATIVITATE D. N. J. CHRISTI.

Primo. Quod sit ineffabile mysterium, imo nec indagandum curiose, sed humiliter credendum. Secundo: quod, conversa consideratione ad locum, ubi nascitur, & pannos ejus, habeatur motivum admirationis, imitationis, & dilectionis in eo.

Impleti sunt dies ut pareret, & peperit filium suum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præsepio. Lucæ 2.

323. DIGNUM, & justum est; ut elevata voce, cum coronato Propheta cantemus hodie, & clamemus: *Quam magnificata sint opera tua Domine*: enim vero: *omnia in sapientia fecisti*, utique [Psal. 103. 22.] ast generationem filii tui, in sapientia tam sublimi, & in mysterio tam abscondito, ut nec lingua creata eam explicare, nec intellectus valeat attingere. Scimus quidem Domine, te revelante, firmiterque credimus, tuis sacris Scripturis nos docentibus, duas esse generationes unigeniti filii tui: sed quantum mysteriosa, & admiranda utraque, tantum una diversa ab alia: cum prima sit in cœlo, secunda in terra: prima æterna, secunda temporalis: prima a Patre, sine Matre; secunda a Matre, sine Patre: prima in Paradiso inter Angelos, numquam desinit; secunda in stabulo inter animalia, semel est completa: & prima, & secunda tam mirabilis, & abscondita in mysteriis, ut si hæc secunda inexplicabilis est lingua humana; illa prima, inattingibilis est intellectu etiam Angelico. Quapropter tres (ex quatuor Evangelistis) exarando temporalem filii Dei nativitatem, nec nominare sunt ausi æternam. Aquila dumtaxat Evangelica, dilectissimus nempe discipulus Joannes, ivit in sublime alis suæ altissimæ sapientiæ & scientiæ, quam ex Divinissimi sui Magistri pectore hausit, transgressusque cunctas temporum nubes, ad æternam atti-

Duæ sunt generationes D. temporalis ineffabilis æterna omnino incomprehensibilis intellectu creato.

Digitized by Google

attigit filii Dei generationem, quando in exordio sui Evangelii intonuit: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*, (Jo. 1. 1.) Ubi per verbum intelligitur secunda persona ss. Triadis, i. e. s. Dei Hoc igitur enunciat Joannes: *In principio*: jam ante omnem creaturam, & tempus: *erat filius apud Deum*: quia æternus Pater, æternum filium a sæculo, & in sæculum generat: Et hic filius, *erat Deus* ab æterno, & est nunc, & erit semper, non alter utique a genitore, sed cum suo genitore unus idemque Deus in natura Deitatis, in potentia, & æternitate; porro in persona dumtaxat differens. Tantum valuit, & non amplius, testari s. Jo. de æterna filii D. generatione. Unde, si eumdem interrogemus deinceps, qualiter hoc, quove modo fieri potest, ut filius generatus, sit unus idemque Deus cum Patre generante eum? non verecundabitur utique fateri veritatem, quod nec ipse amplius valeat hoc mysterium explicare: inquit enim Spiritus S. per Vatem suum s. Is. *Generationem ejus, quis enarrabit?* [Is. 53. 8.] Ah non potest intellectus creatus attingere, minus calamus exarare, & minime lingua explicare, qualiter, quove modo æternus Pater, æternum generat Filium, qui cum illo in natura unus est idemque Deus; nec genitor, genito senior: nec genitus junior genitore; sed unus & alter eque æternus!

Joannes igitur hoc solum prosequitur enunciando: *Et Verbum caro factum est*: (Jo. 1.) q. d. omittamus indagare altissimum mysterium æternæ generationis Divinæ, quia nobis creaturis investigabilis est, & inattingibilis: nisi hoc amplius mihi revelatum est; hoc plene intellexi, & veridice scio: hoc & annuntio omni creaturæ, ut quicumque salvari optat, sciat bene, firmiterque credat, quod F. D., non modo æternus est Deus, genitus in cœlis a Patre sine Matre; verum etiam, quod in tempore prædordinato descenderit in terram, in Uterum unius Immaculatæ Virginis, ibique, accepta carne nostra & natura, Divina sua non omissa, conceptus fuit, & factus homo temporalis. De hac igitur felici, & gloriosissima Virgine in hodierno Evangelio loquitur s. Lucas: *Impleti sunt dies, ut pareret*; scilicet, impletum est illi tempus 9. mensium post conceptionem; *Et peperit*, inquit, *filium suum*, hodierna luce. Ast cum cognoscam generationem hanc temporalem Jesu Christi, æterna paulominus esse absconditam, & factam in mysterio altissimo: quod, quantum credibile, tantum nobis est ineffabile; determinavi: Primo: ostendere vobis ejus ineffabilitatem; imo quod nec investigandum sit curiose, sed humiliter credendum, Secundo: commonere vos, ut convertamus oculos considerationis nostræ, Bethlehem versus, intuituri diligentius locum, ubi nascitur, vestesque ejusdem; spero proculdubio, quod ibi simus habituri motivum admirationis, imitationis, & dilectionis erga Jesum neonatum. Et tantum majus motivum quisque sentiet, quantum attentius auscultabit sermonem. Et incipio.

Impleti sunt dies ut pareret, & peperit filium suum. Ecce Evangelista s. Lucas testatur, quod V. Maria pepererit *filium suum*, sed nescio quomodo complanabitur cum Archangelo s. Gabriele: Hic etenim, teste eodem E- 324

van-

vangelio alibi, nuncians promiserat dictæ Virgini, quod pariendus sit ex illa, *filius Dei* [Lucæ 1. 35.]. Itaque contrarii quodammodo hi duo testes apparent: Quia si est filius Virginis parientis, ut testatur Evangelista, homo est: sin est filius Dei, ut testatur Archangelus, Deus est: jam enim diximus, quod filius D. in natura & Deitate, unus idemque sit Deus cum Patre. Quomodo conciliabimus nunc hosce duos testes? Quod alteruter fallatur, aut intendat nos fallere, absit cogitare. Quia tam credendum est Evangelistam loqui repletum Spiritu Sancto, quam Archangelum nunciasse, missum a Deo; uterque est testis Divinus, uterque cœlestis, neutri magis, quam alteri est credendum, sed æqualiter profecto utrique. Complanandi sunt igitur credendo firmissime, & absque omni dubio utrique. Peperit etenim Virgo Maria filium unum utique, ast Deum verum, verumque hominem simul: sicut enim f. D. genitus a Patre in Cœlis ab æterno, unus est idemque Deus cum genitore, in unitate naturæ, & non personæ: Ita filius genitus hodie a V. Maria, unus idemque est, & Deus & homo simul, in unitate personæ & non naturæ. Genuit igitur Virgo hæc filium unum, sed duplicis naturæ, Divinæ, scilicet & humanæ conjunctarum in unitate personæ: Itaque genuit F. D. Deum verum, uti promiserat Angelus, propter naturam Divinam; peperit pariter & filium suum, verum hominem, propter naturam humanam.

Evangelista & Angelus apparent testes contrarii, sed conciliantur.

325 Ecce N. mysterii hujus inexplicabilitas, & inattingibilitas: Quæ enim lingua humana explicabit, quisque intellectus valet attingere, qualiter Deus homo, & homo factus sit Deus in utero Virginali? Nihilominus, *Licet Deus sit & homo, non duo tamen, sed unus est Christus:* Ita testatur s. Athan. in symbolo fidei Cath. Sed quid ultra? Si vas electionis s. Paulus, cui Dominus infudit omnem doctrinam, totamque legis sapientiam: appellat hoc, *mysterium absconditum a sæculis, & generationibus:* (Colos. 1. 26.) quis se exponet investigatum id, & explicatum? sed fateamur potius cum lucidissimo sole s. Ecclesiæ cath. Sancto Augustino, *Deum aliquid posse, quod fatemur investigare nos non posse.* [Eph. 2. ad Volus.] Tanta etenim est altitudo mysterii nativitatis F. Dei in carne humana, ut non solum maximi DD. S. Ecclesiæ id attingere non possint, sed nec ipsi spiritus Cœlestes, ita testificat s. Ambr. dicens: *mihi impossibile est generationis ejus scire secretum, mens deficit, vox silet, non mea tantum, sed etiam Angelorum* [lib. de fide ad Grat. cap. 1.]. Addo, quod quantum hoc mysterium est inattingibile, tantum cessare debemus tentandi, ut id attingamus intellectu nostro: sicut enim nimia contemplatio solis nociva est oculo corporeo, ita curiosa indagatio ejus oculo fidei: idcirco præmonet Spiritus Sanctus, quemque fidelem his verbis: *Altiora te nequæsieris... sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper.* (Eccli. 3. 22.) Sufficit tibi credere ea, quæ Deus revelavit: *& in pluribus operibus ejus? non sis curiosus.* Imo, non solum nocere potest, oculo fidei curiosa indagatio Divinorum mysteriorum; sed excœcare totaliter. O quot prolapsi sunt in hæresim, volentes scire id, quod attingere non possunt, contra monitum Apostoli dicentis: *non plus sapere, quam opor-*

Insanus filii Dei Mysteria ineffabilia

Cessanda a curiosa indagatione Div. Mysteriorum quia ?

Digitized by Google

oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. (Rom. 12. 3.) Justum est utique audaciam ejus submergi, qui invadit vastissimum transnatandi mare; nullum vero mare tam vastum est, & intransnatabile, quam altum est mysterium incarnationis Filii Dei, quod qui audet explorandi, ut attingat, justum est ejus temeritatem excœcari oculo fidei, juxta illud testim. s. Script. *qui scrutator est Majestatis opprimetur a gloria.* (Prov. 25. 27.) Ego igitur, dilectiss. Fratres, inattingibilem altitudinem hujus mysterii omitto disputationi Theologorum, & firmæ fidei vestræ, quia, ut inquit Doctor Angelicus s. Thomas, *nisi fides credat, sermo non explicat.* (s. Thom. Aquin.) & invito vos in stabulum Bethlehemiticum, ibi visuri quid nobis admirandum, imitandum, & amandum est.

326 Devotissimus Dei famulus, s. Bernardus, pia consideratione profectus in hoc stabulum Bethlehemiticum, cum (oculo intellectus sui piissimi) circumspexisset circumstantias nativitatis unici filii D. & filii V. Mariæ, alto cum suspirio, atque amore ad nos exclamavit: *In nativitate Domini, Fratres, habemus quod miremur, quod imitemur, & quod amemus.* Auscultate, quæso, quam bene, veraciterque dicat! Et numquid majus prodigium audiri potest, aut videri, quam aspicere oculo fidei in lumine s. Evangelii, eum nasci in stabulo, jacereque in angusto præsepio, quem, ut canit s. Mater Ecclesia: *Totus non capit orbis?* Quis potest hoc non admirari, si, ut testatur idem s. Bernard. *stupent Angeli infra se videntes, quem supra se semper adorant?*

Sanctus Habacuc Proph. Prophetico spiritu a longe prospiciens hoc admirabile mysterium Nativitatis F. D. in carne humana, exclamat: *Domine audivi auditionem tuam & timui..* i. e. *obstupui admiratione tanti operis*, ut exponit Menochius. (Menoch. hic) Ubi si interrogaverimus s. Vatem, quænam sint opera hæc Domini, quæ illi tantam admirationem afferunt? s. Ciprianus inducit eum sic respondere: *Non admiror mundi hujus staturam: non stabilitatem terræ &c.* non admirabatur s. Vates lunam, quod 15. diebus crescat, & decrescat aliis 15. Nec Solem, quod plenus semper permanens tantum circulum peragat singulis 24. horis: nec mirabatur cœlos esse tam speciose ornatos stellis: nec terram nostram ditatam aquis, floribus, omnigenisque fructibus. Quid ergo? *Consideravi opera tua & expavi*, inquit, quia *in medio duorum animalium cognosceris.* [Apud 70.] Volens dicere: Intuendo mirabilem artem tuam, Domine, & altissimam sapientiam in orbe cœlesti, atque terrestri, non est mirum, quod cognoscaris pro eo, quod es; &, quod te revereantur omnes creaturæ tuæ, atque adorent; hæc enim ostentant in Te Creatore suo majestatem, sapientiam infinitam, & omnipotentiam. Ast vero illud, quod prævideo spiritu Prophetico, Te nonnumquam nasciturum puerulum sub carne humana in misero stabulo a parentibus egenis, pauperibusque: Et te Mater puella vilibus pannis involvet. Tandem nec ignem sufficientem habens, nec cunabula, reclinabit te in præsepium inter duo animalcula: & tamen ibi, *in medio duorum animalium cognosceris.* Cognosceris, imo revereberis ab Angelis, a cœlis, & a stellis, *cognosceris*, a campis & sylvis; *cognosceris* a Regi-

Quid admirandum, in Christi nativitate circa Jes.

Omnia creata Deum in præsepio.

Digitized by Google

bus, & paſtoribus; *cognoſceris*, a bonis, & etiam a malis. Ab Angelis, quia ibidem in illo miſero ſtabulo, cœleſti cum dulcedine canendo læti tibi ſervient: hominibuſque nativitatem tuam nunciabunt. A cœlis, quia media nocte, cum fueris natus, ſplendorem ſuum monſtrabunt: ſcriptum eſt enim, *Et nox ſicut dies illuminabitur*. (Pſ. 138. 12.) A ſtellis, quia una inſolita apparebit in oriente, & ducet peregrinos uſque ad Bethlehem. A campis & ſylvis, quia, ut canit coronatus Proph. *Gaudebunt campi, & omnia, quæ in eis ſunt; & exultabunt omnia ligna ſylvarum a facie Domini, quia venit*. (Pſal. 95.) A Regibus, quia ab oriente properabunt ad Te adorandum, & offerendum tibi munera. A Paſtoribus, quia eadem nocte Te viſitabunt, aliiſque nativitatem tuam teſtabuntur. A bonis, quia omnes adventu tuo lætabuntur. Cognoſceris tandem & a malis, quia turbabuntur cum impio Herode, & expaveſcent.

Hæc ſunt N. hæc opera Dei mirabilia, & terribilia, quæ admiratur s. Vates Habacuc. Habemus igitur & nos, quod miremur: quia, ut inquit s. Aug. *Cum multi jam nati... eſſent Reges Judæorum* (Ser. 2. de Epiph.): putatis fors omnes ita cognitos fuiſſe & honoratos? non equidem. Et ad confirmandam hanc veritatem, non quæro alia tempora, niſi illud ipſum, quo natus fuit Jeſus in ſtabulo Bethlehemitico: quia eodem erat jam natus etiam Archelaus filius Regis Herodis Jeroſolymis. Et eſto, uti loquitur s. Fulgentius; *Archelaus natus eſſet in Palatio*, Et: *poſitus in lecto argenteo* (Serm. 5. qui eſt de Epiph.): Chriſtus vero natus in ſtabulo, & poſitus in præſepio: tamen illum Reges orientales nec nominant; hunc autem diligenter requirunt: illum in palatio Jeroſolymitano, inter ſervos & ancillas non venerantur; hunc in ſtabulo Bethlehemitico, inter duo animalia humiliter adorant: illum ſerico & auro indutum muneribus non donant; huic vilibus pannis involuto divitias ſuas, & ſervitutem offerunt: Cur hoc? quia non illum, ſed hunc cœli ſignis ſuis annuntiant, omneſque creaturæ cognoſcunt, & venerantur.

Aſt non deſinit hic prodigium hodiernæ nativitatis Domini, convertamus, quæſo, oculum conſiderationis noſtræ a filio ad Matrem, viſuri & alia quædam admiranda: Enim vero Maria, quæ hodie nobis genuit Salvatorem F. Dei; genuit illum, non amiſſa virginitate; facta eſt fœcunda parens, flore virginitatis non excuſſo: Unde exclamat s. Jo. Chryſ. *Ego hoc miror, quomodo de virgine, virgo natus ſit, & poſt nativit. virginis, Mater Virgo ſit?* [Hom. de s. Jo. Bapt.] Ita eſt N. hoc nec auditum eſt ab origine mundi, nec uſque ad ejus conſummationem audietur: ſolius enim Mariæ Matris Jeſu donum eſt & privilegium; ut, ſicut pura fuit, & immaculata virgo ante partum, ita in partu, & poſt partum remaneat ſemper Virgo puriſſima: Idcirco læta canit hodie s. Mater Eccleſia. *Alma Redemptoris Mater,... ſuccurre cadenti ſurgere populo, Tu, quæ genuiſti natura mirante tuum s. genitorem: Virgo prius ac poſterius*. (Eccleſia in Antiph. Alma) Hæc ſunt N. illa mira, & prodigia, de quibus coronatus Vates: *Cantate*, inquit, *Domino canticum novum, quia mirabilia fecit*. [Pſ. 97.] o quam bene dixit s. Bernardus: *habemus Fratres*

327 *Quid ſit mirandum in nativ. Dom. ex Maria*

tres in nativitate Domini, quod miremur ! sed non prodesset nobis sola admiratio, progrediamur itaque ab admiratione ad imitationem.

328 Et utique non est opus me conari profuso sermone monstrare vobis, in quo imitari debemus Jesum hodie natum: quia, ut loquitur perlaudatus s. Bernardus; *Clamat stabulum, clamat præsepe, clamant lacrymæ, clamant panni Christi: o homines fugite superbiam, & inanem gloriam.* Jesus Dei filius, qui est rex regum, maximus omnium Imperatorum, Dominus Angelorum, imo Creator omnium creaturarum: veniens in mundum, noluit a ditioribus parentibus nasci, sed a pauperibus; neque in amplo palatio, vel saltem in domo propria; sed in stabulo pastorali: noluit involvi serico & auro; sed vilioribus pannis; neque poni in cunabulis argenteis inter servos & ancillas, sed in præsepio inter animalia. Nunc si scire cupitis, cur altiss. adeo se humiliaverit? indicat nobis Apost. dicens: *Propter nos egenus factus est, cum esset dives.* (Cor. 1.) Ita est N. Christus hic inter nos factus est egenus & humilis, ad dandum nobis exemplum imitationis; prouti postea proprio ore fassus est, dicens: *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, & vos ita facíatis.* [Joan. 13. 15.] q. d. ut in hoc mundo non quæratis divitias, & magnificentiam; vanam gloriam, & superbiam.

Quid imitandum in nativitate Dom.

329 Novimus N. quod propter superbiam, & Angelus ex cœlesti, & homo pulsus fuit ex paradiso terrestri Volens igitur Dei filius homini salutem restituere, semitamque ascendendi in cœlum monstrare, dignatus est docere nos paupertatem sanctam & humilitatem: quia juxta testimon. s. Tho. Vill. *Non est alia via ascendendi, nisi descendendo.* [S. Th. Vill. de humil.) Humilitas, FF. mei, est rectiss. breviss. & securiss. via ascendendi in cœlum. Requiruntur equidem in homine Christiano ornamenta omnium virtutum: idcirco misit Deus S. Abel, ut nos doceat innocentiam: Enoch, ut nos doceat castitatem: Abraham, ut nos doceat obedientiam: misit Job, ut nos doceat patientiam: Eliam, ut nos doceat zelum honoris Dei: Davidem, ut nos doceat diligere inimicos: Misit Patriarcham s. Joseph, ut nos doceat bonum reddere pro malo: Baptistam s. Joan., ut nos doceat pœnitentiam, & vitæ austeritatem. Verumtamen, ad erudiendam nos paupertatem sanctam & humilitatem, proprium filium unigenitum dignatus est Deus mittere: qui de sinu cœlestis Patris descendit in angustum uterum pauperculæ unius, atque humilis puellæ; natus est in stabulo, requievit in præsepio, sine servis & ancillis, tota servitus ejus sunt duo animalcula, & tota vita lucidiss. speculum humilitatis. O miram paupertatem! O humilitatem profundissimam! Hoc totum N. fecit D. filius, ut erubescamus nos homines mortales extolli, & superbire: Testatur mihi hanc veritatem coronatus Vates: quia eam olim cognovit spiritu Prophetico, & Vaticinatus est, dicens: *Inclinabit se cum Dominatus fuerit* [in terra Virga humilitatis]: *ut non apponat magnificare se homo super terram* (Ps. 9. alias 10. ℣. 10. & 18.): quæ verba prophetica ponderando s. Hieron. subdit: *Quid enim magis indignum, quid detestandum amplius, quid puniendum gravius, quam, ut*

Deus misit alios ad docendas nos alias virtutes: sed ad humilitatem, misit proprium filium.

Digitized by Google

videns Deum cœli parvulum factum, ultra apponat homo magnificare se super terram? [S. Hier. in hunc locum.]

Christus Mag. & spec. cum virtutum, sed præsertim humilitatis.

Verum quidem est Christum esse Magistrum & speculum omnium virtutum; attamen præcipue invitat nos, ut ab illo paupertatem, & humilitatem discamus: exemplis enim adjungit etiam vocem suam Deificam, dicens in S. Evangelio: *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde.* [Matt. 11. 19.] q. d. discite a me, non mundum creare, non cœlum stellis, terramque herbis, & floribus ornare; sed paupertatem, & humilitatem discite a me. Imitemur igitur N. Jesum in omnibus virtutibus, sed præsertim in spiritu paupertatis, & humilitatis celebrando hæc festa: superbiam fugientes, & omnem vanam gloriam. Cum tamen difficile sit sequi illum, & esse discipulum ejus, quem quis non amat; progrediamur exploratum motiva, quæ attrahunt nos ad amandum Jesum, natum hodie in stabulo Bethlehemitico.

330 Jam ex mellifluo ore s. Bernardi audivimus, quod in nativ. Domini habeamus, non solum quod miremur, & imitemur, uti probavimus: sed etiam, *quod amemus*. Et summum motivum hujus nostri amoris erga Dei filium debet esse prior ejusdem amor erga nos: ita nos docet Apost. s. Joannes dicens: *Nos ergo diligamus eum, quia ipse prior dilexit nos.* (1. Jo. 4. 19.) Et nescio utique, quis umquam inveniri posset adeò ingratus, & inhumanus, ut præsertim hisce festis non accenderetur flamma ardentissimi amoris erga Jesum, dummodo animam suam pasceret consideratione ejus beneficiorum. Nos, Fratres dilectissimi, non accendimur hac flamma; quia attendimus plus ad pascendum corpus vanitatibus mundanis, quam animam contemplatione spirituali: Ast, qui optat hanc flammam in se excitare, & accendere, semel dumtaxat de die, per hæc festa, semotus a tumultu, relictisque curis mundanis, præbeat epulas animæ suæ, tali consideratione, & discursu in mente sua, & in corde. Filius Dei propter mei amorem descendit in terram, ut me ducat in cœlum: factus est homo mortalis, ut mihi tribuat vitam immortalem: voluit plangere in terra aliquo tempore, ut faciat me gaudere in cœlo per sæcula: voluit nasci in stabulo Bethlehemitico, ut faciat me regnare in paradiso Cœlesti: voluit parvulus tremere algore, ut accendat in me magnum sui amorem: voluit locum eligere inter duo animalia in præsepio, ut me locet inter innumeros Angelos in paradiso: subjecit se magno labori temporali, ut mihi donet interminabilem requiem æternam: subjecit se hæreditati omnium miseriarum mearum, ut me faciat hæredem totius gloriæ suæ. Quid ultra? dixerim verbo: Jesus factus est filius hominis, ut me faciat filium Dei: Unde pie exclamat pius discip. s. Jo. *Videte Fratres, qualem charitatem dedit nobis... ut filii Dei nominemur, & simus!* (1. Jo. 3. 1.) Equis christianus tam duri, congelatique cordis inveniretur, qui flamma amoris erga Jesum hodie natum non accenderetur, si similes meditationes in abscondito cordis sui operaretur; cum natura ipsa nos excitet ad hunc amorem? *Quid enim tam insitum naturæ, quam ut diligentem se diligat?* (Ser. de nat. Dom.) inquit s. Ambros. Unde considerando hæc maxima beneficia, &

Motiva excitantia ad amorem erga Jesum neonatum.

pro-

Digitized by Google

profundissimam humilitatem filii Dei, idem s. Doctor exclamat: *Multa Domine fecisti pro me & non genuflexus adoravi Te: fecisti me, & fecisti mundum pro me; & Dominum totius orbis constituisti me, & non genuflexus adoravi Te: At postquam te vidi propter me humiliatum, de cœlis descendisse, lacrymas fundentem, infantulum natum, in præsepio jacentem, frigore titubantem, non potui amplius sustinere, sed tanto amoris pondere victus, in terram prostratus adoravi Te.* (S. Ambr. super illud: *humiliavit semetipsum, & de fuga sæculi.*)

331 Qualiter videri potuit Jes. in præsepio.

Audistisne N. quid dicat s. Ambrosius? *Postquam te vidi*, inquit, *de cœlis descendisse, infantulum in præsepio jacentem*, & cætera: Mira res! s. Ambr. post nat. Christi fuit natus in mundum plusquam 300. annis; quomodo ergo potuit videre Jesum in præsepio jacentem? nullomodo certe oculis corporalibus; aspiciebat tamen semper, præcipue autem hisce festis omni anno, nutriendo animam suam piis meditationibus beneficiorum ejus, ut paulo ante dicebamus: idcirco vincebatur, & accendebatur pondere amoris ad gratitudinem, & adorationem ejus. Quam bene igitur dicebam, ideo nos non accendi flamma amoris erga Jesum, quia festivis his diebus satagimus plus corpus nutrire corporalibus cibis, quam animam spiritualibus meditando & recognoscendo tantum beneficium. Erubescamus, fratres, coram cœlo, & coram Angelis, quod simus adeo ingrati Redemptori nostro. Veneramur & amamus omnem creaturam, a qua aliquod bonum necessarium nobis, aut utile recipimus: numquid enim non veneramur, amamusque Patrem & Matrem, quia nos genuerunt; Magistrum, quia nos docet; Medicum, quia nos sanat? Diligimus equum, quia nos portat; bovem, quia nobis arat; cætera animalia, quia sunt nobis utilia: Amamus, & diligimus ignem, quia nos calefacit, lucetque nobis; panem, quia nos nutrit; aquam, quia nos lavat; vestes, quia nos cooperiunt: Itaque omnia amamus nobis necessaria, & utilia; erga omnia gratitudinem quandam ostendimus: solius autem Jesu sæpe obliviscimur, a quo unice omne bonum necessarium & utile recepimus, & continuo recipimus. Ille etenim plusquam Pater & Mater est nobis, quia creavit nos, & sacro fonte regeneravit: Ille præstantiss. Magister est nobis & medicus, quia docet nos viam salutis, & sanat vulnera peccatorum nostrorum: Ille nos elevat, & portat in regnum cœlorum: Ille nos calefacit, & illuminat radiis gratiarum suarum: nutrit proprio corpore, & potat sanguine, atque lavat: Ille operit, imo tollit turpitudinem scelerum nostrorum. Tam verum est igitur quod omnia bona nobis necessaria, & utilia in Jesu unice sint reposita, quam idipsum testatur Apostolus dicens: *Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* [Rom. 11. 36.] Considerate, charissimi fil. quot habemus motiva, & rationes amare puellum hodie natum, & revereri: quia tamen nonnullos cognosco, nondum motos, pro conclusione sermonis addam adhuc aliqua motiva, tam suavia, quam etiam terribilia, ut si suavitate non victi ad amandum, saltem timore perculsi, ad reverendum Jesum, & timendum moveamini: interim respirabo paulisper.

mia diligimus, non ndati de in quo si unice it omnia.

PARS

Digitized by Google

PARS SECUNDA.

332 SAnctus Jo. postquam enuntiavit nobis æterni filii Dei temporalem generationem, dicens: *Et verbum caro factum est*: subdit: *in propria venit*: Videte, Fratres dilectiss. omnia temporalia quibus indigemus & sunt nobis utilia, nos debemus adire ea, & quærere, non quod illa ad nos veniant: Jesus autem, quo maxime indigemus, quia ut mox ostendimus, omnes necessitates nostræ, & utilitates unice in illo sunt, nobis illum non quærentibus, ad nos venit; & venit non in magnificentia vestium Divinitatis suæ, neque cum numeroso comitatu, uti deceret Regem regum, ne nos terreat, quasi simus incapaces eum recipere; sed in vestibus paupertatis & humilitatis humanæ infirmitatis, factus homo: & quidem venit hospicio recipiendus, non tamquam hospes extraneus, sed tamquam noster cognatus, *in propria venit*; inivit enim nobiscum cognationem talem, qualem neque cum Angel. cœlestibus inivit, ut vel ita nos moveat ad sui amorem: Unde dicebat, teste sac. Scriptur. *Deliciæ meæ esse cum filiis hominum*, q. d. parcite mihi Angeli mei, ego vado in terram inturus cognationem, & affinitatem cum hominibus, & delectari inter eos: & quidem venit, fecitque nobiscum cognationem; sed an delicias quoque gustaverit? videndum.

Christus veniens ad nos, operuit magnif. Divinitatis, pallio humil. & infirmitatis humanæ, ne nos terreat.

Fecit, inquam, cognationem nobiscum omni eo modo, quo fieri potest: scitis autem N. quod triplex sit cognatio. Prima vocatur legalis: i. est, quando quis aliquem adoptat juxta legem, in filium & hæredem, esto cæteroquin sanguine illi non sit junctus. Hanc cognationem iniit filius Dei cum Angelis, quia filios & hæredes regni cœlestis eos fecit: nobiscum pariter inivit eamdem, quia nobis etiam dedit potestatem, teste s. Joan. *filios Dei fieri*: [Jo. 1. 12.] *Si autem filii, & hæredes*, subdit Apostol. [Cor. 8. 17.] Secunda cognatio vocatur spiritualis. i. e. quando quis alium baptizat, aut in baptismo & confirmatione tenet: Hanc quoque nobiscum contraxit, non autem cum Angelis, quia etsi visibiliter baptizemur per ministros, invisibiliter tamen Christus nos baptizat omnes, teste s. August. dicente: *Petrus baptizet hic est*, (i. e. Christus) *qui baptizat, Paulus baptizet, hic est, qui baptizat, Judas baptizet, hic est, qui baptizat*. [S. August. tract. 6. in Jo.] Tertia cognatio vocatur naturalis, & hæc iterum est duplex: prima est inter eos, qui ex eodem sanguine sunt procreati, & vocatur consanguinitas: secunda provenit ex matrimonio, & vocatur affinitas, quam contrahit sponsus cum omnibus consanguineis sponsæ, & sponsa cum consanguinitate sponsi. Hanc quoque utramque cognationem nobiscum contraxit Dei filius, non autem cum Angelis. Contraxit primam, quia cum natus sit ex purissimo sanguine V. Mariæ, quæ est filia Adæ, consanguinitatem contraxit cum omnibus nobis, qui pariter sumus filii Adæ. Tandem, quia in utero ejusdem virginis desponsavit sibi naturam humanam, totius familiæ ejusdem naturæ factus est affinis, seu inivit affinitatem cum toto genere humano.

Christus nobisc. iniit omnis generis, in triplicem cognationem.

Ecce, Fratres mei, quot modos adinvenit filius Dei uniri nobiscum cognatione: bene ergo dicit s. Joan. *in propria venit*: 333

i. e.

Digitized by Google

i. e. inter fratres ſuos, cognatos, & affines: ſperans ſe eſſe cum maximo honore a nobis recipiendum: idcirco & dicebat: *deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum*. Sed, proh dolor! audio eumdem Evangeliſtam s. Joan. clamare: *Et ſui eum non receperunt*: q. d. tantum abeſt, ut eum revereantur, qua benefactorem; & ament, qua fratrem, ac cognatum; quantum nec recipere eum volunt, qua honeſtum hoſpitem & peregrinum. Durum forte creditu hoc videtur vobis, ſed venite, quæſo, una mecum intuituri eum pulſantem diverſas portas, ſed omnes reperit clauſas ſibi in frontem. Primo enim pulſat ad portam rectorum, & magnorum Principum, ſed clauſas invenit, imo circumfuſas plumbo ſanguinis pauperum injuſte extorti; ingredi non poteſt: *Manus enim, vestræ ſanguine plenæ ſunt*. inquit, vates s. Iſaias. (1. 15.) Pulſat ad portam divitum, & nobilium; ſed clauſæ ſunt clave avaritiæ: quia, *omnes avaritiæ ſtudent*: inquit vates s. Jeremias [6. 13.] Pulſat ad portam mercatorum, & artificum, clauſas reperit mendatiis, fraudibus, & perjuriis; *quia operati ſunt mendacium*, inquit vates s. Oſeas. [7. 2.] Pulſat ad portam operariorum, & pauperum, clauſas reperit clavibus maledictionum, & blaſphemiarum: quia, *lingua eorum gladius acutus*, inquit vates Coronatus. (Pſ. 56. 5.) Vertit ſe pulſatum ad habitacula fœminei ſexus; ſed quid? omnes eum repellunt, quædam armis ſuperbiæ, & vanæ gloriæ; aliæ framea murmurationis, & invidiæ; aliæ veru imprecationis, & impatientiæ: *Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum*: inquit idem vates Coronatus. (Pſ. 72. 7.) Vertit ſe ad ſocietatem juventutis utriuſque ſexus, ſed nec appropiare poteſt, a longe enim ſentit fœtere ora eorum verbis, utinam non & corpora factis, libidinum, & impudicitiarum: quia, *inſanivit libidine*: dixerim cum vate s. Ezechiele. [23. 20.] Vertit ſe, & pergit ad dilectos ſuos Sacerdotes, quos in mundo poſuit, ut ſolem inter ſtellas: ſed obviat illi dilectiſſimus diſcipulus ejus Joannes clamans: *Obſcuratus eſt ſol a fumo putei*. [Apoc. 9. 2.] q. d. revertere, chare Magiſter, revertere, obſcuratus eſt ſol Sacerdotii, a fumo & tenebris cupiditatum, & curarum putei hujus mundi immundi, ſcio Te eſſe lucem, Domine, ergo, *quæ ſocietas luci ad tenebras*? ut inquit Apoſt. (1. Cor. 6. 14.) Sacerdotes tui excuſſa ſanctitate debita, circumdederunt ſe tenebris morum mundanorum, ad eos ingredi non permitteris. Vertit ſe, & pergit poſtremo ad monaſteria religioſorum, quos præſtantiſſimam conſtituit portionem in Eccleſia ſua inter ſæculares, ſicut aurum inter metalla; ſed obviat illi vates s. Jerem. clamando: revertere, Rex cœleſtis, revertere, quia *obſcuratum eſt aurum*, devotionis & pietatis Religioſorum, *mutatus eſt color optimus* [Thren. 4. 1.] obſervantiarum inter tuos Religioſos: clauſerunt a Te portam cœnobiorum ſuorum clavibus omnis relaxationis. O quanta dicerem tibi Domine, de irreligioſitate tuorum Religioſorum, ſed oportet tacere, ne ſcandalizentur ſæculares, ſufficit dicere cum Coronato tuo Proph. *Non eſt qui faciat bonum*, ſeu obſervet perfecte regulam ſuam, *non eſt uſque ad unum ... Omnes ſimul inutiles f. ſunt*. (Pſ. 13. 2. & 3.)

Chriſtus non invenit officium, ubi omnes portas clauſas invenit: ſic oportuit tum ire a ſtabulum, noſci ſuis.

Cum igitur eſſet completum teſtimonium Joannis: *In propria ve-*

Digitized by Google

venit, & sui eum non receperunt, oportuit Christum nasci in stabulo inter animalia: quod prævidens spiritu Prophetico s. Isaiæ rationabiliter utique potuit exclamare: *obstupescite cœli & portæ ejus desolamini vehementer*: [Isa. 2. 5.] q. d. relinquimini totaliter apertæ, ut spiritus cœlestis viso Domino in stabulo currant, illi servituri: Et vere accurrerunt dulciter canentes; *gloria in excelsis Deo*: esto non sine humili quadam allusione, dicendo ei: Ecce tibi, Domine Rex noster, ecce tibi descendere de cœlis a nobis, in terram ad homines: ecce quales delicias inter illos gustas: inivisti cum eis cognationem majorem, quam nobiscum, & tamen nec te recipiunt ut cognatum, nec gratitudinem ostendunt ut benefactori; imo nec hospicium reperis, ut peregrinus apud illos: Ecce qualiter tibi amorem solvunt amore!

Obstupescunt cœli, & alludunt Angeli Domino a suis non recepto.

Sanctus Paulus contemplatus
334 tam immensum amorem filii Dei erga nos, atque tanta beneficia: & e converso nostram ingratitudinem erga illum, non potuit contineri, quin tonet tali tonitru: *Si quis non diligit Dominum nostrum Jesum Christum anathema sit*: (1. Cor. 16. 22.) o mirabile tonitru! o fulmen tremendum: utinam nullum concutiat! Sciant tamen certe illi, qui hæc festa duxerint in superbia, & vanagloria; in ebrietatibus, & blasphemiis; in murmuratione, & inhonestis dissolutionibus: sciant, inquam, fore, ut fulmen dictum non aufugiant. Quapropter N. si eum non recepimus, ut debueramus, quia clauseramus portas domorum nostrarum diversis vitiis: tempus est jam ut eas aperiamus vera contritione, & induti honeste indumento gratitudinis, & recognitionis ejus beneficiorum: non modo caveamus eum contemnere hisce festis aliquo peccato mortali, ne concutiamur fato fulmine Apostoli: Verum etiam, cum ipse de cœlis usque ad terram venerit, tanta beneficia nobis largiturus, quanta jam audistis: Nos quoque eum visitemus, & honoremus saltem ut hospitem honestum: Et, si quo indiget in stabulo pauperculo, subministremus illi &c.

Formidabile est Jesum ut diligere.

Jesus vi tandus honestu

Longe est: audio aliquos dicere in corde; longe est, Pater, Pa- 335
lestina, longe est Bethlehem: cæterum, utinam possemus eum visitare, quam libenter eum veneraremur: Etsi, quam necessitatem eum pati adverteremus, etiam si oporteret omnia bona nostra oppignorare, ad succurrendum ejus necessitati, libenter id faceremus. Longe est Palestina, longe Bethlehem, verum est, dilectissimi. Sed Jesus neonatus non longe est ab unoquoque vestrum. Vultis dicam vobis, ubi eum invenietis? si eum quæritis honorandum, & redamandum, ille est in Ecclesia, & in omni loco semoto a tumultu, & occasionibus peccandi: ubicumque semotus quis voluerit ejus beneficia considerare, eique gratias agere, ibi eum inveniet, visitabit, & honorabit. Quod si quæritis eum parvulum, nudum, & indigentem, ad subveniendum illi in suis necessitatibus; en in domo vicini tui pauperis: en in domo orphanorum illorum, qui esuriunt & sitiunt, nudi, & discalceati: en apud illum infirmum, qui nec habet quo reficiatur, nec quo se calefaciat: ibi est Jesus apud fratres suos; itaque si indigentes visitaveritis, & eis subveneritis; visitabitis Jesum, eique sub-

Jesus u nam in niendus subveniat illi.

Quod pauperi Christo

Digitized by Google

ſubvenietis. Ita eſt N. abſque dubio, quia ita ipſemet dicit, non ego: Auſcultate ejus verba notata ab Evangeliſta. *Quamdiu uni ex his Fratribus meis minimis feciſtis, mihi feciſtis*: (Matt. 25. 40.) Ipſe etenim eatenus adamavit humilitatem, & paupertatem, ut ſpeciali jure humiles, puſillos, & pauperes fratres ſuos vocare delectetur. Celebrando igitur hæc feſta honorabitis eum, & recipietis, ſi dolueritis de vitiis præteritis, cavendo nova patrare: viſitabitis autem eum, eique ſubvenietis; ſi viſitaveritis dictos fratres ejus pauperes, eiſque ſubveneritis: Sic recognoſcet in vobis amorem, æterniſque præmiis vobis reſtituet. Amen.

ISTO' SVIDOCSANSTVO XII.

SLAVO=BOSANSKI

O D

POROGENJA ISUSOVA.

Parvo, daje skrovishte neistomaçno, nitise imá istraxivati isprazno, nego ponizno virovati. Drugo, da okrenuvshi oko od promishglianja Kmistu gdise porodi, i na odichiu gnegovu imáse maknutje od zaçugenja, naslidbæ, i gliubavi gnegovæ.

Impleti sunt dies, ut pareret, & peperit filium suum primogenitum, & ponnis eum involvit, & reclinavit eum in præsepio. Lucæ 2.

Izvarshilise jesu dnevi da porodì, i poroddi sína svoga parvorogenoga, i sviticzam gnega zaví, i spustiga ú jasle.

323 DOstojnoje i pravedno, da uzdigavshi ghlás, s'okrugnenim Prorokom, pivámo danas ivapiemo: *Quam magnificata sunt opera tua Domine*! okolliko uzvelliçana jesu dilla tvoja gospodine, *omnia in sapientia feciſti*, svakasi ú mudrosti uçinio, istinaje: Ali porogenje sína tvoga, ú mudrosti tolliko visokoj, i ú otajstvu tako sakrivenu, da nitiga jezik stvorení umije istomaçiti, ní pamet i razum more dosegnuti. Znademo gospodine dobro, po oçitovanju tvomu; i temeglito virujemo, zashtonas pisma ss. tvoja uçæ, dasu dva porogenja jedinoga sìna tvoga: Al kollikosu çudnovata obba, i otajna; tollikosu megjusobom rázliçita: buduchi parvó na nebu, drugo na zemgli; parvó vikoviçgne, drugo vrimenito; parvo od Oca brez materæ, drugo od materæ brez Oca; parvo ú raju megiu Angeli nigda nesvarshujæ, drugo ú shtali megiu xivinam jednoçje izvar-

izvarsheno: i parvo, i drugo po
ſí naçin çudnovato i ottajno; da,
ako ovo drugo nie za iſtomaçi-
tiſe jezikom gliuskim; ono par-
vo nie za doſegnutiſe ni pamet-
ju Angeoskom. Shta radi troi-
ca, od çetiriu Evangeliishtá, pí-
shuchi od vrimenitoga porogen-
ja ſína Box nikimenovati neſmi-
doshe viçgnega. Orao ſám Ivan-
geoskí, pogliubglení, to jeſt, uçe-
nik s. Ivan; izviiſiſe, s'kríli od
priviſokæ mudroſti ſvojæ, i znanja,
Kogaje zaçzarpio iz párſá iſtoga
meſtra Boxanſtvenoga, i nadas-
havshi ſve obláke od vrimæná,
k'viçgnem doprie porogenju ſína
B. kadano zavapi na poçetku svo-
ga Ivang. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*: ú poçélo
bíshe ríç, i ríç bíshe pri Bogu,
i Boog bíshe ríç; gdi po rijçi,
razumieſe drughi kíp od priſv.
Trojſtva, t. j. ſín B. velli dakle
Ivan s. ovó: ú poçélo, josh prie
ſvakoga ſtvorenja i vrimena:
biashe ſín kod Boga: zashto viç-
gní Otac nebeſkí, viçgnega ſína
josh od viika, i ú viike porá-
giá: i oví Sín, jeſt Boog, né
drughí doiſto od roditeglia, ne-
go s'roditegliom ſvoím jedan iſ-
tí Boog od viika, ú naravi Bo-
xanſtvenoj, ú viçgnoſti i moguſt-
vu, á u kípu ſamo rázliçit: tol-
likonam svidoçí s. Ivan od viç-
gnega porogenja ſína B. nishta
vishe. Odkud ako gnega iſtog
unapridak upítámo; kako ovó,
po koili naçin more biti, da ſín
porogení, jeſt Boog jedan iſti,
s'ocem koiga porágiá? Nechie-
nam doiſto iſtinæ zatájati, da
vishe nikon nemore ovoga s'kro-
vishta iſtomaçiti; zashtobo duh
s. po Proroku govorí: *generationem ejus, quis enarrabit?* poro-
genje gnegovo viçgnæ, tkoche
izkazati? Ah, nemore pamet od
ſtvorenja razumiti, magne pero
iſpiſati, á najmagne jezik iſto-
maçiti, kako po koili naçin viç-
gni Otac ſína porágiá, koije sh'
gnim jedan iſtí Boog ú naravi
josh od viika, nit Roditegl ſtarí od rogenoga, niti rogení mla-
gí od roditeglia, nego viçgní jed-
nako jedan, i drughí. Ivan da-
kle slídi, ovo ſamo ſvidoçechi,
i kazujuchi: *Et Verbum caro factum eſt*: i ríç, veli, pút uçigne-
na jeſt: ottiuchi rechi: projdi-
moſe mi iſtraxivati ottajſtva od
viçgnega porogenja ſína B. zash-
to nitie zadoſegnutiſe od nas,
ni za iznáchi; nego ovomie josh
poçitovano, ovo razzumi iſtinno,
i znam cilovito; ovó i navishtu-
jem svakomu ſtvorenju; da tko-
godi xelí biti ſpaſen, imá dobro
znati, i virovati temeglito, da
ſín B. neſamoje Boog viçgní,
porogen na nebesí od Oca brez
Materæ, nego josh da ú vrime
odregenó ſnige na zemgliu, ú
utrobu jednæ neocgvargnenæ di-
vojçicæ; i ondi, uzamshi pút
nashu i narav, Boxanſtvenæ ſvo-
jæ neoſtavivshi, zaçeoſe jeſt i
uçinio çovikom vrimenitim.

Od ovæ dakle ſrichnæ, i priſ-
lavnæ divojçicæ piishæ s. Luka
ú danashg. Ivang. *Impleti ſunt dies, ut pareret*, izvarshiliſe jeſu
gnoj dnevi, to jeſt, 9. miſecí po
zaçetju, da porodí, *& peperit filium ſuum*, i porrodi, velí, ſína
ſvoga na dan danashgní. Ali poz-
najuchi ja daje ovo porogenje
ſína B. vrimenitó, mallo magne
od viçgnega ſakriveno ú ottajſt-
vu; nitie za iſtomaçitiſe od nas,
nego ſamo za virovatiſe, mogu-
chie: odluçioſam parvo ukazati-
vam neiſtomaçnoſt gnegovu, pa-
çe daga neimamo ni iſtraxivati
iſprazno, nego ponizno virovati.
Drugo ochiuvas zazvati, da obrá-
tímo oçi od promishglianja na-
shega k'Betlemu, za promotriti
miſto gdiſe porrodi, i odichiu

354 Progrediamur ultro illuſtrare hunc conceptum, ad magis glorificandam immaculatam Conceptionem Virginis Deiparæ teſtimoniis Evangelicis. In ſpeculo ſancti Evangelii (Luc. 1.) intueor a cœleſti Rege cœleſtem nuncium ad Mariam advolare, & illi nunciare Filium pariendum: *Ecce concipies in utero, & paries Filium*: ſed: *ne timeas*, dicebat illi Angelus, *ne timeas Maria* de amittendo candidiſſimo flore virgineæ puritatis tuæ; *invenisti enim gratiam apud Deum*. Reflectamus quæſo attentionem, quid inteliigat cœleſtis Paranymphus per hoc: *invenisti gratiam apud Deum?* Voluit dicere: reliqui Adæ filii in ira concepti, expectant gratiam ſe ſanctificaturam, & a mancipatu peccati originalis liberaturam poſt nativitatem in baptiſmate, aut ſaltem poſt conceptionem in utero materno, ut Vates Jeremias, & Joannes Baptiſta: porro Tu cum concipereris, Deus te præceſſit cum gratia; unde concepta *invenisti gratiam apud Deum*, jam paratam, non quod eam expectaſſes. Sicut igitur non expectaſti gratiam poſt tuam Conceptionem, ſed eam concepta inveniſti præter debitum naturæ: Ita filium quoque non ex contactu virili, ſed virtute Divina præter ordinem naturæ concipies; quia *Spiritus ſanctus ſuperveniet in Te*. Reflectamus iterum hic: quare non dixit Angelus, Spiritus ſanctus *veniet*; ſed dixit: *ſuperveniet* in Te? niſi ut gloriam immaculatæ Conceptionis Mariæ conteſtetur magis: Reſpondet enim doctiſſimus Lyranus: *bene dixit, ſuperveniet in te, quia prius venerat Spiritus ſanctus ſuper Virginem adhuc in utero Matris exiſtentem, illam ab originali præſervando*.

Deducitur in Evang. B. M. V. fuiſſe conceptam ſine pecc. orig.

Chriſtus Dominus toti mundo palam facere excelſam dignitatem Baptiſtæ ſui ratus, inter alia præconia, quæ de illo nuntiare populis fuit dignatus: *Non ſurrexit inter natos mulierum major Joanne Baptiſta*, dicebat (Matt. 11. 11.) Ubi ſe majorem innuit expreſſe, utpote qui non mulieris, ſed Virginis natus eſt. Poſſet nihilominus inferre non nemo: ergo major Maria quoque Virgine, quæ proculdubio inter proles mulierum numeratur: Rimemur proinde diligentiori animadverſione verba Redemptoris, admiraturi eum excepiſſe, & majorem Joanne demonſtraſſe, priuſquam ſemetipſum, ad firmandam, multiplicandam, ac magnificandam profecto gloriam ejus immaculatæ Conceptionis: dicit enim: *non ſurrexit*: deinde ſequitur: *inter natos mulierum major*. Si igitur per hæc ſe majorem fatetur, quia natus Virginis eſt, non mulieris: per illa priora, *non ſurrexit*, jam exceperat prius Matrem Sanctiſs. &, non modo majorem fatetur Joanne, ſed myſterioſe immaculatam ejus Conceptionem teſtatur, & firmat immunitatem a peccato ori-

Filius teſtatur Matris Imm. Conc. præ qua aliis teſt. non indigemus.

originali. *Non surrexit*, inquit, *major*: q. d. inter omnes, qui ceciderant, dein surrexerunt, major nemo Joanne: Maria tamen, sicut numquam cecidit, ita nec surgere eam oportuit, præstat majoritati Joannis: Hæc quippe unica est & singularis inter Adæ filios, quæ erectione post casum non indiguit, quia præventa speciali gratia, immunis a peccato originali, in ipso instanti Conceptionis suæ, *astitit Regina a dextris* Dei. Et quidem.

355 *Decor. B.V. M. diversis sub metaph. exprimitur.*

Astitit in vestitu deaurato circumdata varietate: in corpusculo nimirum speciosissimo, membrisque instructo, cum proportionatis & decoris, tum sanis atque integris ita ut, sicuti ad ortum solis sidus unumquodque, fulgentissimum licet alias, splendorem suum amittit, ita ad ortum & aparitionem Mariæ species quævis, & pulchritudo creata, sit illa licet angelica, delitescat opus est, quasi confusa, debilitata, atque flaccida: Enim vero; si pulchritudo, ut asserit sanctus Augustinus [l. 2. de civ. c. 9.] est donum Dei: qui dubitandum, quod Divina sapientia, sicut cæteris prærogativis, ita decore quoque, atque pulchritudine selectissimam hanc creaturam super reliquas universas ditaverit? Unde, & Ecclesia in officiis, & plerique sacri Doctores in suis interpretationibus, salvum sibi ducunt omnia illa, quæ in Divinis Scripturis leguntur de sapientia Divina, in sensu allegorico accommodare singulari huic Virgini Deiparæ. Ubi, ad exprimendam rariss. speciem ejus, atque decorem: nunc, ob perfectam sanitatem corporis & integritatem, comparatur Olivæ, quæ sola in Diluvio universali & unica perstitit integra, sana, foliisque virentibus illibata: *quasi Oliva speciosa in campis*, inquit Siracides (Eccl. 24.) Nunc, ob miram membrorum proportionem cypresso, quæ ornata est ramis tam eleganter dispositis, ac si fuissent diligentissimi artificis manu conserti: *quasi cypressus in monte Sion*: Nunc rosæ, aliisque floribus speciosis: *quasi plantatio rosæ in Jericho*: Nunc balsamo, aliisque liquoribus odoriferis: Nunc viti, cæterisque arboribus fructiferis, (ib.) Prophetæ nihilominus terrestrium pulchritudinum similitudines insufficientes rati, ad exprimendam speciem privilegiatæ infantulæ hodie conceptæ, elevatiori mente eam prospicientes, æmulantur speciem ejus depingere sub figuris splendorum cœlestium, appellando illam, alius stellam: *orietur stella ex Jacob*: dicebat Balaam [num. 24. 17.] Alius auroram: *jam ascendit aurora*: lego in sacra Genesi [32. 26.] Alter soli comparat illam, & lunæ: *pulchra ut luna, electa ut sol*: canebat sapientissimus [Cant. 6. 9.]

356 *Nulla species creaturarum decor Mariæ exprimitur, cum diversis comparatur.*

Audiamus tamen quam inferiores sint species omnium creaturarum, decore infantulæ hodie conceptæ, audiamus, inquam, testimonio Sponsi sui cœlestis: *Sicut lilium* canit ipse in Canticis sacris [2. 2.] *sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*, seu creaturas omnes. Omnes itaque, omnes species reliquarum creaturarum præ decore ejus & pulchritudine, tanti æstimat, quanti veprium præ lilio candidissimo: *Sicut lilium*, inquit, *inter spinas*. Comparatur, dilectissimi, comparatur Maria auro, gemmis, & floribus; soli, lunæ, & sideribus; non in quantum decorem ejus hæc adæquare possint, & attingere; sed in quantum nobis pro hoc statu, nec speciosio-

ra

ra probantur, nec pretiosiora: Cæterum, *omne aurum in comparatione illius, arena est exigua*; dixerim cum sapientissimo. Hinc per Salomonem: *Averte oculos tuos a me, quia ipsi me avolare fecerunt* (Cant. 6. 4.) dicebat sapientia Divina. Rabbi Salomon legit: *ipsi me superbire fecerunt*: ut enim artifices, facto aliquo opere excellentissimo juxta regulas suæ artis, satius mirando delectantur, & superbiunt quodammodo gloriando; ita unigenitus Dei filius, facto, juxta omnipotentiam suam, sibi temporali tabernaculo, nimirum infantula Maria, & adornata illa decore super omnia opera sua, contemplando illam delectabatur adeo, atque gloriabatur, ut si, ad instar hominum, superbire posset, superbire videretur.

357 Vel potius, juxta sensum aliorum: *averte oculos tuos*, dicebat sapientia æterna, *quia ipsi me avolare fecerunt*, idest: *abstulerunt mihi robur*: ita Rabbi Abraham. Et: *Alas mihi addiderunt*: ita s. Gregorius Nissenus (in cap. 6. Cant.) Scrutemur tamen sacra eloquia ultro, exploraturi quam bene, immo optime ita legant, & interpretentur prælaudati Doctores. Visis tot iniquitatibus, ac sceleribus, quæ ab hominibus fiebant, *iratus est furore Dominus in populum suum, & abominatus est hæreditatem suam*, inquit coronatus Vates (Psalm. 105. 40.) & aversa facie, liceat mihi dicere juxta quod legitur in Job. [22. 14.] *circa cardines cœli perambulat*, quasi oblitus nostri, nec amplius cogitans inde avolandi, & in terram descendendi. Conabantur quidem antiqui Patres, Patriarchæ, & Prophetæ orationibus suis robur furoris ejus auferre, alasque illi addere, clamantes: *qui sedes super Cherubim manifestare, veni ut salvos facias nos* [Psalm. 79. 2. 4.] *Deus ne tardaveris* [Ps. 39. 18.] aliisque similibus clamoribus, ut indigitant SS. paginæ. Nullus tamen invincibilem vincere potuit, quamdiu non apparuit aurora; at, hac apparente, illico se victum quodammodo est confessus, dicens æterno Patri: *dimitte me, jam enim ascendit aurora* [Gen. 32. 26.] Hæc lucentissima, omnigenique decoris micans radiis ascendebat, & illucebat universo Orbi aurora, cum conciperetur infantula Maria: & quidem ascendebat de deserto, utpote ex parentibus per viginti annos infæcundis: Hæc est illa aurora, *cujus*; teste s. Petro Damiano, *pulchritudinem sol, & luna mirantur*. Quinimmo mirantur ipsi quoque Angeli, & præ stupore, quasi in extasim acti, invicem interrogant: *quæ est ista? quæ est ista, quæ progreditur de deserto*, senilis non minus, ac felicissimi uteri Annæ, *deliciis affluens*? (Cant. 7. 4.) Ast, quid miramini spiritus cœlestes? Hæc est aurora illa, quæ radiis suæ speciei, mundo huic de cœlo traxit solem justitiæ, quia post hujus auroræ ascensum *ortus est ei sol*, inquit sacer Textus (Gen. 32. 31.) Hæc abstulit robur furoris Divini in genus humanum: Hæc alas addidit Dei filio, ut e cœlo avolaret, & in uterum suum descenderet. Ecce quam bene legunt prælaudati Doctores, dixisse Divinam sapientiam: *averte oculos tuos* præelecta, & dilecta Mater mea, *quia abstulerunt mihi robur furoris* in genus humanum: *addiderunt mihi alas*, ut avolarem e cœlo, & in uterum tuum descenderem commoraturus novem mensibus: *& post*, inquit Baruch Propheta: *& post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus* (3. 38.)

Tam

Tam admirabili itaque arte æterna *Sapientia ædificavit sibi Domum* temporalem in utero B. Annæ, atque decore, super omnia opera manuum suarum, instruxit, quam non modo oblectari videatur in singularissimo hoc ædificio, & gloriari; sed admirari quoque, ingeminando in sacris Canticis: *quam pulchra es*, Filia Patris cœlestis dilectissima, Sponsa Spiritus Sancti fidelissima, quæ mihi Filio æterno æterni Patris, in temporalem Matrem ab æterno fuisti electa, *quam pulchra es? absque eo quod intrinsecus latet* (Cant. 4. 1.) Hoc quippe quod intrinsecus latet in admirando & singulari hocce ædificio nondum sumus contemplati.

358 Et hoc est illud, quod coronatus Atavus suus, postquam vidit eam in primo instanti Conceptionis stantem, utpote non prostratam per culpam originalem, & pretiosissimo auro omnigeni decoris amictam, uti probavimus, figens oculum propheticæ mentis ad contemplandum dona, & gratias, quibus ditata illico extiterat intrinsecus, atque ineffabilia ratus, paucis conclusit dicens: *omnis gloria ejus ab intus*. Quasi dicat; licet gloria dispositionis externæ, decoris, atque pulchritudinis, quibus Maria radiat, sit tam grandis, quam omni creaturæ præstat; nihilominus hanc præ donis & gratiis, quibus ditata est intrinsecus, nec reputat multum: *omnis, omnis gloria ejus ab intus*. Et de facto (liceat mihi parva comparare magnis) si quis vestrum formosam illam aulam Salomonis fuisset intuitus, vidisset plane artificiose eam constructam, abunde dilatatam, magnifice elevatam, parietibus strenue munitam, columnis & arcubus stabiliter sustentatam; dispositione podiorum, fenestrarum, cancellorum, & forium eleganter instructam, verbo dixerim, vidisset eam magnificam ostentare gloriam extrinsecus. Sed si ingressus, intrinseca fuisset contemplatus, admirando peripetasmata holoserica, quibus muri, ac tapetia, quibus operiebantur abaci, circumornata limbis auro intextis: Floccos, & involucra byssina, ac purpurea, quæ argenteis circulis, & funiculis aureis gubernabantur, circum fenestras pendentia, & portas: pavimentum stratum lapidibus politis, & laquearium depictum miris effigiebus, radiantia: Hinc arma gemmis ornata, inde vestimenta margaritis vermiculata, pendentia: in circuitu per totum omnigena vasa aurea, & argentea ad decorem disposita: omnia munda, omnia lucida, & fulgentia, exclamasset proculdubio, ut de aula Salomonis mystici exclamavit Propheta: *omnis, omnis gloria ejus ab intus?* quasi extrinsecus, præ intrinsecis, glorioſi & magnifici vidisset nihil.

Verumtamen unus plebejus conspiciendo præfatæ aulæ Salomonis ornamenta, admirari posset, sed non æstimare illa: Quid autem sumus nos præ supernis spiritibus, nisi plebei omnes, ac rustici? numquid ergo præsumpserimus explicari posse, aut capi a nobis gloria donorum, & gratiarum, quibus aula mystici Salomonis exuberat? Illi potius admirantur eam, quam ut attingere possint Angelico suo, altissimo cæteroquin, intellectu, & fatentur id, ingeminando: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum* (Cant. 6. 9.) quæ singularis creatura usquam erit ista? ascendit de deserto mundi inferioris, concipitur in deserto uteri diu infœcundi, & tamen donis

Gloria trinsecs effabilis la my ce, my Salomo

Digitized by Google

nis virtutum, & gratiarum, tantum nobis præstat, quantum adorando factori suo appropinquat. Non mea est hæc doctrina, sed Doctoris Angelici, angelice scribentis: *Virgo tantam obtinuit gratiæ plenitudinem, ut esset auctori gratiæ propinquissima, ita quod eum in se reciperet* [s. Th. 3. p. q. 27. art. 5.)

359 Unde, ausim dicere cum S. Vincentio Ferrerio: *Virgo sanctificata fuit in utero super omnes Sanctos, & omnes Angelos*, quod & alii sacri Theologi passim affirmant: ac proinde perfectissimo usu rationis illustrata. Progredior illustrandi hunc conceptum testimonio deducto ex Evangelio. Notat Evangelista s. Lucas cap. 1. quod cum, concepto jam filio Altissimi, hoc ipso disponente ad sanctificandum præsentia sua suum Baptistam in utero, iviſſet Maria salutandi cognatam suam Elisabeth: hæc illico ut salutata fuit, partusque ejus sanctificatus, *exclamavit*, inquit Evangelista: *ecce exultavit infans in utero meo*: Unde derivant sacri Doctores, quod in eodem instanti quo Joannes fuit sanctificatus, fuit etiam usu rationis dotatus, proindeque lætatus est se a culpa originali purgatum, & dono Prophetiæ illustratum: *Exultavit infans in utero meo* dicit Elisabeth. Respondit illi Maria: *& exultavit spiritus meus in Deo salutari meo*: quasi dicat: magna gratia, charissima Cognata, magna gratia facta est filio tuo, quia sanctificatus, antequam natus, *ideo exultavit infans in utero*: sed incomparabiliter major facta est mihi, quæ non prius fui infans in utero, quam fuissem sanctificata, idcirco, *& exultavit spiritus meus in Deo salutari meo*. Anima mea dum adhuc esset in manibus Dei creando, & infundendo, jam fuit sanctificata, jam in ipso instanti primo conceptionis *exultavit anima mea in Deo*, sanctificata, & usu rationis illustrata, imo & charitate inflammata super omnem creaturam rationalem.

Nam, ut deduco ex sacris Canticis, eodem momento, quo mysticus Salomon *fecit sibi reclinatorium aureum*, seu Mariam, ad cujus uterum de cœlo in terram veniens reclinaret, tam formosam extrinsecus, quam supra sumus contemplati; intrinsecus quoque *media charitate constravit*, inquit sacer Textus. (Cant. 3. 9.) Cum autem charitas perfecta, sine fide, spe, cæterisque virtutibus esse non possit, atque sine cognitione mysteriorum Divinorum; sequitur, quod in eodem instanti suæ conceptionis, ditata fuerit in summo gradu creaturæ, omnibus virtutibus, supra omnes Sanctos, & Angelos. Fateatur illa intrinsecam hanc supremam gloriam suam, fateatur ore sacræ Sponsæ, canendo: *Introduxit me Rex in cellaria sua* [Cant. 1. 3.] in noscentiam, nimirum, mysteriorum suorum altissimorum: &, *ordinavit in me charitatem*: (Cant. 3. 4.) ita, *ordinavit*, inquit, seu derivavit ut fluvium, quasi absque mensura, non autem irroravit solum, ut alios. Hinc concludo, quod Maria in ipso primo instanti suæ Conceptionis, gloria virtutum, donorum, & gratiarum fuit ditata ita, ut charitate fuerit Angelis ardentior; cognitione mysteriorum Dei Patriarchis, & Prophetis illustratior; fide Apostolis firmior; spe omnibus electis securior, ac universis floribus virtutum, sicut Theologicarum, ita Cardinalium, atque moralium, præ cunctis fidelibus fragrantior. Oh sublimem, & gran-

360

B.V. Charitate, aliisque donis, & virtutibus fuit ditata in Concep. super omnem creaturam rationalem.

V. fuit ratitimis ditata primo in. usi Con. nonis.

grandem gloriam! *Omnis gloria ejus ab intus.*

Nihilominus hæc virtutum ejus, & donorum gloria, non delituit totaliter intrinsecus, quin promicando paruerit extrinsecus quoque in producendis quibusdam miris effectibus, de quibus brevissime, & finio.

PARS SECUNDA.

361 *Pulchritudo mulierum quam acuta, & malitis nociva sagitta.*

NON ex historiis profanis dumtaxat certo scimus, sed ex sacris quoque fide docemur, quod pulchritudo mulierum sit sagitta tam acuta, & flammigera, quam apta accendere flammas, queis reges, & regna; fortes, & sapientes consumuntur: Quinimmo boni sæpe & Sancti aduruntur. Tacebo pulchritudinem Cleopatræ Reginæ Ægypti, quæ potuit Imperatorum, & Regum corda amore lubrico in se, ac proinde odio pernicioso ipsos inter, accendere eatenus, quatenus tot formidabiles exercitus fuerint expediti; tot cruenti conflictus commissi, tot regna strage, & ferme excidio pressa, totque milites gladio consumpti; quot lacrymabile non minus, ac abominabile est auditu: tacebo, inquam, hanc & alias ex profanis, ut promam testimonia ex historiis sacris. Quid fortissimum Sampsonem vicit, vinxit, & extinxit, nisi pulchritudo Dalilæ, quam adamaverat? Quid occidit Principem Holofernem, & formidabilem exercitum ejus, ultra quam centum quadraginta millium militum in probrosam fugam egit, nisi pulchritudo Heroinæ Judith, qua inhoneste uti concupiverat, non tamen consecutus, quia illa casta erat, & sancta? Quid Salomonem, Regum sapientissimum, insipientem fecit præ filiis hominum, nisi concupita pulchritudo mulierum alienigenarum? Et ut sexcenta taceam, quid regum sanctissimum, dico Davidem, fecit adulterum, homicidam, & scandalum toti populo Israel, nisi pulchritudo Bersabeæ? quæ omnia tam vera sunt, quam sacra Scriptura nec falli potest, nec fallere. Quomodo ergo potuit esse, ut Maria, quæ, ut probavimus, non modo præfatas, sed omnem creaturam etiam cœlestem decore, & pulchritudine superat, & fuit *pulcherrima inter mulieres*, teste sacra Scriptura (Cant. 1. 7.) quomodo, inquam, potuit esse, ut nulli unquam ejus pulchritudo dederit occasionem ruinæ, nullum concupiscentia, & amore succendit minus honesto: quinimmo effectum amoris, ac timoris filialis in Deum; reverentialis in seipsam; atque honestatis, & castimoniæ in corde intuentium se, fructificabat? Ah nolite admirari, dilectissimi! illius liquoris odore vas fragrat, quem continet in semetipso: *omnis, omnis gloria ejus ab intus.*

Pulchritu Mariæ ex li, fuit c casio pec cati, & &c.

362 Sicut lumen in clara existens chrystallo, non modo illam, sed diffundens radios ultra, etiam circumstantes illuminat; ita profecto lumen donorum sublimium & gratiarum, quibus anima Virginis sanctissimæ jamtum in sua Conceptione fuit ditata, majestatem quandam prope Divinam transfundebat etiam in corpus; unde in corde se intuentium, non alios effectus radiando producebat, nisi earum virtutum, quibus exuberabat. Cumque amore Divino esset ardens, puritate lucens, modestia fragrans, & humilitatem, ex majestoso licet conspectu, spirans: proculdubio cunctis erat amabilis, ut testatur s. Ignatius martyr, dicens: [Ep. ad

Digitized by Google

ad s. Jo. Evang.] *Magnus est concursus populorum Reginam Cœli videre, & audire cupientium.* Erat, inquam, amabilis, sed amabilis amore honesto, & casto; radii quippe ex illa promicantes, non alio, quam castimoniæ, & honestatis amore irradiabant corda intuentium se, quinimmo amore filialis timoris atque reverentiæ replebant.

Dicam ultra, tantam majestatem intrinseca gloria donorum ejus, & gratiarum transfundebat in castissimum ejus virginale corpus, quod, ut testatur s. Dionysius Areopagita: *opus fuerit hujusmodi radiationem divinitus temperari, quo posset cum hominibus conversari*: alioquin plerique, & præsertim qui minus sunt fide illustrati, fortassis eam adorassent ut Deam: quod ex ejusdem sancti testimonio deduco. Hic, ut speciali cultu Mariam venerabatur, ita speciali gratia ab illa fuit dignatus, quando, juxta pium sui desiderium humilemque petitionem visendam se ei præbuit; in tota specie sua, & majestate de qua visione ita scribit: *Testor Deum, qui aderat in Virgine, nisi me Divina docuissent eloquia, hanc Deum verum credidissem; quoniam nulla videri posset major gloria beatorum, quam felicitas illa, quam ego tunc degustavi:* (Epist. ad S. Paulam)

Si igitur N. dilectissimi, tales radii gratiarum fuerunt Mariæ in terra commorantis, quanto majores speraverimus nunc in cœlo regnantis: Colamus illam, & flagitemus, ut quæ sine peccato concepta fuit, & vixit, dignaretur juvare nos potenti sua virtute, qui in peccatis tam concepti sumus, quam conversati, atque radiis gratiarum suarum nos illustrare, quatenus, & in terris virtutes ejus æmulati dilectissimo Filio suo Salvatori nostro placere, & in Cœlis gloria ejusdem perfrui in sæcula, possimus. Amen.

Digitized by Google

ISTO' SVIDOCSANSTVO XII.

SLAVO-BOSANSKI

O D

ZACSETJA B. D. M.

Maria na svomu zaçetju: Parvo: bij saçuhana od griha istoçnoga. Drugo: nakichena lipotom svarhu svakoga stvorenja. Trechè: obogachena tollikim darovma i millóstma iznutra, kolliko zdvoragnu lipotu, pram ovijm i ne darxij za slavu.

Astitit Regina a dextris tuis, in vestitu deaurato circumdata varietate . . . . omnis gloria ejus ab intus. Psal. 44.

Stadde Kraglicza na desno tvoje, ú odijlu pozlachenu obastarta rázliçitostju.... Sva slava gnæ iznútra.

363 *Moreli gliubav uzachi, KoliKo sniodij?*

MOtrijm dase prigovárajuh Nauçitegli, i iziskujú: moreli gliubav, i dobroçinstvo díghnutise onoliko i uzaachi, kolliko sniodij? Mogúli, tojest, sinovi svoijm roditegliom povratiti oná dobrá, i onolliká; kollikasu od istie prijmili? I naodijm odgovaratise od svihu zajedno, i sloxno, da nemoguh: Zashto, kako oni rázloxæ, sinovi, megiu ostalim dobroçinstvi, prijmajuh od roditægliá svoij narav, i bijtie na ovom svijtu, shtoim doisto povratiti nemogú. Raazlog, koí inaçie polak ostálij jest jákij i zadosta, nejakij çinimise, i od nishta polak sína Diviczæ Mariæ. Jakij, reko, polak ostalie: Zashto, kako nitko nemore posvojoj vogli i drágosti obrati, a josh magne uçiniti roditeglicæ, vaglia da onú, kojaga porodij, ilmu ona zla illi dobra, rúxna illi ghizdava, gospoja il sluxbenicza, robigna il kraglicza, vaglia, reko, dajú poznájæ, prijmij, i poshtujæ za Mater. Ali drugojaçié imase rázloxiti od prislavnoga plodda diviçanskoga: buduchi da ovij i obrá, i uçijni sebi Mater, kako pisano jest: *Sapientia ædificavit sibi domum*, Múdrost, velí, sagrádi sebi doom, illiti kuchiu: *Mudrost* doisto nestvorená, viçgna rijç, *illiti* viçgnega Ocza sín prie vikoová porogení; buduchise ottio, po viçgnega naregenja svoga odluçku, i u vikoví poroditi od Materæ vrimenitæ, *sagrádi sebi*, po vlastitoj vogli svojoj doisto, i drágosti, *kuchiu*: to jest, i obbrá prie vikoova, i ú vikovij uçíni sebi Mater, od kojese imadiashe

po-

Digitized by Google

poroditi, *prie negoſe ú utroli (gnæ) zacæ*. Kojú, kakoſe priſtojashe gnegovu, i gnæ priviſſokom doſtojanſtvu, nakitti i zdvóra i iznutra tako, *ut in cunctis regionibus nominetur*, daſe, velim srijçma s. piiſma, daſe ú svima kraglieſtvi. imenujæ: daſe ú svima vikovi proslavglia, i od svihu naaródá shtujæ i klagniá. Razgovárajuchiſe dakle danas od cudnovatæ, i uzvelliçanæ ovæ grágæ, ukazachiuvam: Parvo, daje B. D. M. na zaçetju svomu çiſta bijla, i saçúana od griha iſtoçnoga. Drugó: daje nakichena bijla udígl lipotom svarhu svakog ſtvorenja. Treché, daje tollikim darovma, i milloſtma bijla obogachena unutra, kolliko pram ovim, lipotu zdvoragnu i ne darxij za slavu. Zashtobo u oní ças zaçetja ſvoga udigl *ſtadde*, veli Prorok Okrugnení: *ſtadde Kraglicza na desno* zaruçnika svoga nebeskoga: i *ſtadde ú odijlu pozlachenu*, i razliçito nashijzdanu: Ali, *sva gnæ slava iznutra*. I poçinam.

364. Akobi ja, çinechivam danas govorenje od çudnovatæ grágæ Múdroſti neſtvorenæ: akobi imao velím odluku, dighnuti kakvugodi súmgliu iz pameti vashæ, kojú imate polak svetoga i neoczkvargnenoga zaçetja prisvetæ Bogorodicæ, tobi ja doiſto na xao vam, paçe josh i ſramotu uçinio devotionu vashemu, i bogogliubſtvu skoim gniu shtujete: zashto iſtinu od neoczquargnenoga gne zaçetja, nie potribe raazlozi iskushijvati, nego poklonom slaviti: kakonoti iſtinu onú, kojuje, i s. Czarkva zappovidju ovæ svetkovinæ uſtanovitilla, i vas kolliki okolish karſtjanskí s' oſſobitím devotionom svetkujuchi ispovijdá. Govoriti dakle, od neiſtomaçní inaçie, izvarsnitoſtij Divicæ M. od koje shtogodiſe vishe govorí, josh vishe govoriti oſtajæ, nie drugá moja odluka, nego da uzmloxam i nash devotiom, i shtovanje polak gnæ na zemgli; i gnæ dobroçinſtvo i milloſardje polak nas na nebesí: i na obba miſta gnæ slavu, poshtenje i velliçanſtvo. Buduchi da za uzmloxati ová i odrédi Múdroſt viçgna Boxanſtvená, daſe ú proshaſtá niká vrimena ſumglí, ſumglechi prigovárá, i prigovárajuchi da Nauçitegli megiu ſobom iziskujú, jeli? ilne B. D. Maria ú opchennom grihu iſtoçnomu zaçæta? Iovo iſtó çinimiſe ottje navijſti na igliadu godína prie gnæ zaçetja, po Proroku svóm okrugnenomu pivajuchi: *quæretur peccatum ejus, & non invenietur*: Tráxicheſe grih gne, velí, i nebudeſe náchi. Kolliko da reçæ: dochiche Aposhto moj Nauçítegl od naaródà, i naviſtiti, kakoje po Adamu, parvom Oczu plemena gliuskoga, *grih unishao ú svít, i tako ú sve gliude prishao, ú komuſu svi ſagrishili*. I rechiche od ſebe i od oſtalij: *Bijliſmo gnekada*, to jeſt na zaçetju nashemu, *ſinovi ſarçbæ* Boxiæ. Zashto po dúxnoſti, i zákonu nikom od náravi pokvárenæ, i da reçem ottrovánæ po nepósluhu parvog Ocza nashega ú raju zemaglskomu, ú grihu iſtoçnomu zaçinámoſe: Odkud svakí çovik s'Okrugnenim Prokom, kollikom drago svetignom sjajan inaçie, imá iſpovídati, priuzimajuchi: *evo ú grijsí zaçet jeſam*: Evo upadnut pod teggobom od griha na lijvo prieſamſe ukázao na svijt, negoli na deſno ſtojæchi pod oppravdanjem: Evo sín sarçbæ, i podloxník kráglia paklenoga bioſam prie; negoli sín milloſti, i bashtiník svemogúchega Boga, zashto *ú nepravdi zaçét jeſam*. Zaradi koga nauka Aposhtola moga, koí

Digitized by Google

inaçie nie gnegov tolliko, kollikoje moj, velí viçgná múdroſt Boxiá: *quæretur peccatum*, tráxicheſe i iziskivati grih majkæ mojæ, jelli ona, kako po náravi kchí Adamova, onako i po grihu iſtoçnomu kchí bijla od sarçbé na svomu zaçætju? Ah! *traxicheſe grih gnæ*, i tocheſe tráxiti zashtoſam Já tako urædio, parvo, neka Bogogliubní Nauçitegli motréchi i razglædajuchí po svetij piiſmij svidoçanſtva moja, uçinéſe blaxenni, zashtobo piiſano jeſt: *Blaxenniſu koij razglédajub svidoçanſtva gnegova*. Drugo: neka pomóch dobiuh kod iſtæ Majkæ mojæ, za kojéchæ poshtenje trúditi, za ſaranitiſe, kakoim obechiáje onim rijçma: *qui elucidant me vitam æternam habebunt*: Koij prosvitgliujú mene xivot viçgní imatichæ. Trechæ navlaſlito, da skrovishte gnæ neoczquargnenoga zaçetja, iz tmíná od súmglæ, kako zraka ſunçaná iz obláka prosjavshi, i svitlijæ svem okolishu zemaglskomu ukáxæſe, i sveççaniæ ú Czarqui svetoj proslavíſe svechím poshtenjem, i velliçanſtvom: zashtobo *tráxicheſe grih gnæ, i necheſe náchi*. Shtoſæ çudnovatim náçinom sve dogodillo: zashto, shtogodi vishe po ss. piiſmij izvijgiamo svidoçanſtva Boxanſtvená; tolliko ú ſlání liſtovij kolliko ú novij, tó vishe svidooká naodijmo, koij iſtinu od neoczquargnenoga zaçetja Blaxenne D. M. s'privellikom slavóm gnæ i poshtenjem ſvidoçæ.

365 I parvoga zazívam Davida; koga, ne sámo za vládati púk obláni; nego za obbrati joshter od gnegova porroda Matér od kojebiſe porodio, *traaxioje Goſpodin po ſarczu svomu*, illiti po vogli svojoj, ugodna ſebi, velí s. piiſmo: i slavijſe dagaje nashao, govorechi: *providioſam meni ú ſinovma Izajovim Kráglia*. Oví kako biashe Bogu ugodan, onako uzdizásheſe çæſto ú duhu na vigenje, i poznanje viçgnie Boxanſtvenie skrovishta. Megiu koim nebijmu ſakriveno prislavno ottajſtvo zaçetja neoczquargnenoga B. D. Mariæ. Vidje dakle pametju Proroçanskom, josh onda ú parvi ças gnæ zaçétja, kadſe ſtvárashe i ulijváshe dúsha gnæ ú tijlo, ú utrobi Materæ svojæ, Golubiczu nebeſku, tojeſt, Duha s. oblietat oko gnæ s' ugodnim letenjem: i motréchi ſasvom pomgliom izvarſnitoſti, darove, i milloſti, koizim naaſtojáshe zaruçnik nebeski nakititi ovu odabránú gnegovu praunuku, za uçinitijú doſtojnu ſebi zaruçniczu, i viçnemu sínu Boxiemu Majku vrinenitú: ne magne veſeo i raddoſtan, negoli zaçugen, bash kakoſe mí çudit obiçájæmo, kadſe ukáxæ koja zvijeda neobiçajina, i svitliá od oſtálij, zapiva: *Quam mægnificata ſunt opera tua Domine*! Okollikoſu vellika djella tvoja Gospodine! *Svakáſi ú múdroſti uçinio* iſtinnito, ali ſtvárajuchi Mariu, s'moguſtvom tvoim i múdroſtju, metnuoſi i poshtenje pram gniom, i gliubav josh neizmirnú: Buduchi da onna ú parví ças svoga zaçætja, *aſſitit regina a dextris tuis*, ſtadde kraglicza na deſno tvoje. Maria dakle N. na svom zaçætju, neh prignuta i proſtarta po grihu, kako oſtáli ſvikollici, nego upráv ſtojæchia po milloſti, kojom bijobraagnena; ne robigna griha opchennoga, nego kraglicza svega ſtvorenja; ne na lijvo, nego na deſno udigl ſtadde zaruçnika svoga nebeskoga. *Aſſitit regina a dextris tuis*. Ovuje Múdroſt neſtvorená ſebi za Majku prie vikóvá po svojoj vogli obraala: dóſtojnoje dakle da reçæ Maria

Dovoliſe iz ss. piiſama daje B. D. M. zaçéta brez gnésstoga.

po-

Digitized by Google

po úſta primudroga : *ab æterno ordinata ſum*, odvijkaſam odabrána, i odrégena. Ovú po mogúſtvu svomu, i pogliubavi ſinovſkoj ú vrime odregenó uęçíni, kakogodir on ottje, pijſanobo jeſt: *omnia quæcumque voluit, fecit*, ſve shtoje ottio, onoje i uçinio: nek priuzimá dakle Maria iz uſtá Czarquenoga : *qui creavit me requievit in tabernaculo meo*, koi ſtvorri mene poęçinu ú utrobi mojoj devet misécij. Ovv najposli, po priviſſokomu i gnæ, i svom doiſtojanſtvu, nie pripuſtio na zaçetju gnæ da budæ poſſidovana od krágla paklenoga, dabiſe on ne slavio, daje gnoj bari jedan ças gospodovao : nego nekaſe ſlavi Maria, teh nekſe slaví igliadu pútá doſtojno, pivajuchi: *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum*: Goſpodinje poſſidovao mene ú poçétak pútá svoij.

366 Tadaje uzeo N. poçætak pútá svoij jedinorogeni sín Boxij, kadano odrædi dóch na svít za obkúpiti çovika, i tadda odmá buduchi Mariu za Mater, kojaga imadiashe poroditi, obbrao, najparvo za gniu Oczu viçgnemu p ikáza neprocijgnenú karv svoju, i odkúpi gniu, ne od griha kako daje uppala, nego pritekavshi, od dúga griha ú koibi inaçie po náravi pokvarenoj ú Adamu bijla imala upaſt: I budúchi daſu Bogu ú gnegovoi viçgnoſti svaka ſadagná, ilmuſe nam çinilla doshatlá il proshaſtá, kako pivá David : *mille anni ante oculos tuos tamquam dies heſterna, quæ præteriit*. igliada godijná, velí, prid oçima tvoijm, kako dán juçerigní, koije proshao : Prijmi Otaca nebeskí posvetilishte karvi jedinoga ſina svoga, josh onda od víka, i kako pijva isti Prorok okrugnení ; *Sanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus:* posvéti pribijvalishte svoje Priviſſokij: Takoboſæ prijſtojalo slavi sína, takóſæ prijſtojalo dóſtojanſtvu Materinu, takósæ najposlí prijſtojalo velliçanſtvu jednog i drugoga. Zashto, kakvæbi slava, kakvo pohtenje ? nego imam rechi bijlabi sramota vellika, á né poshtenje, da budæ viçgná múdroſt neſtvorena, ſtvorio, i ſagradio ſebi pribijvalishte vrimenito, na zemgli tuugioj. Tojeſt, da bude pripuſtio Mariu Majku svoju prie da budæ na lijvo prignuta po grihu iſtoçnomu, nego ſtojæchia na deſno po oppravdanju : prie kchí ſarçbe, i nepriateglicza Ocza nebeskoga, negoli priateglicza, i kchí milloſti gnegovæ : prie robigna kráglia od tmijna, negoli kraglicza svega ſtvorænja. Dalekoje ovó od priviſokoga dooſtojanſtva tollikæ Materæ : daleko od primúdrog narægenja tollikoga Sína : od vijka, ú Boxanſtvenomu odluçenju svomu, od vika *Sanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus*, posvæti pribijvalishte svoje Priviſſokí. Odkud josh ú poçælo vrimena i navijſti slavno pridobijtje Marijno zmihi paklenoj, kadjoj reççe : *ipſa conteret caput tuum*, onache, velí, ona ſatarti glavu tvoju, nitticheshſe ſmitti kgnoj prikuçití, dajú ottrovom tvoim ottrujesh, kako oſtálæ ſinove Adamove. Ovoje onó shto pivá nebeskí gnæ zaruçnijk Duh s. ú piſſma : *Quid videtis in Sulamite*, shto vidijte, velí, ú mirnoj i podpunnoj zaruçnici mojoj Marij, o Angeli ? shtoli razglædate o gliudi ? jeda griha ? Ah, *quæretur*, traxicheſe grih gnæ traxiti, alſe neche náchi, nittichete vidditi ú gnoj drugó, *niſi choros caſtrorum*, vech ako uregenje od taabora ilti prijákæ vojskæ : Viddichetejú prijaku, i çudnovatú slavodobijtniczu svarhu ſláræ zmihæ paklenæ

366 Koje B. D. M. bijla ſpúvana od griha iſtoga.

næ filli, i zaaſſidama : I slavæchiſe ú ovomu gnæ slavodobítju: *quam pulchri ſunt greſſus tui . . . filia principis* ! o kollikoſu lipi, velí, i plemeniti koraçaji tvoi kcheri poglavara: kcheri tojeſt, kako tomací s. Ambroſio, Krágliа od krágliá, i Goſpodára od gospodaará: *Statura tua aſſimilatur palmæ*, ſtavnoſt tvojaſe prílikujæ palmi, illiti çelenki: Mah zashtojú prílikujæ çelenki svukolliku ? Zashtoboje ova, kako svi znádete, zlamenje od junashtva, i od pridobijtja..

367 *B.D.ponizno dáje slavu slavodobitja svoga zaruçniKu nebesKomu.*

Ponízno nishtanemagne ponízná Divicza, po okrugnenomu shukundjedu svom odgovárá : *Domine Deus ſalutis meæ*, iſtinaje Goſpodine Boxe ſpaſenja moga, iſtinaje daſu koraçaji moi, josh od parvoga kadſam koráçila na svít ovi, lijpi i plemeniti, zashto çiſta od griha iſtoçnoga zaçætaſam ú svitloſti milloſti tvoje, i oppravdanja iſtoçnoga ; i daſam pridobijla zmihu paklenu, i glavu, ilti ſillu gnegovu ſatarvshi bijlamu *terribilis*, *ut caſtrorum acies ordinata*, ſtrashna kako dizia jednóg tábora lípo uregena: Ali svu slavu slavodobijtja ovoga od tebe, nebeskí moj zaruçniçe, poznajem, tebi zaffagliujem, i tebe slavim; zashto, *obumbrashti ſuper caput meum in die belli*, obaſtroſi glavu moju n dán boja .. Akobiſmo upijtali ; shtoſe ovdi razumie po glaavi, i po dnévu boja ? odgovoriobinam glaſſovití Biskup od Abule Alfonſo Toshtat : *Caput, principium vitæ eſt*, glavaje poçætak od xivota: *dies autem belli, inſtans illud, quo dæmon macula peccati originalis dominatur de anima* : á dán, velí, boja, jeſt oní ças od zaçétja, u koi djavao griom iſtoçnim gospodujæ svarhu dúshæ. Ottjerechi dakle priponizna Divicza: Dobijlaſam slavno, Goſpodine, dobíla : aliſam zató dobíla, zashtoboſi tí pritekao mene ſmilloſtju tvojom ú utrobi Materæ mojé, kadmé zaçinala ; dajá zacæta neçekam, nego najdem jur pripravglenu milloſt tvoju, kojom *obumbraſti caput meum*, obaſtroſi poçætak xivota moga : *in die belli*, ú oní ças kadano nepriategl pakleni ottioje podloxiti mene ſebi oruxjem griha iſtoçnoga ; al buduchime nashao oruxanu i uttvargenu milloſtju tvojom, pridobiven i zaſtígenje odſtúpio: i takoſæ ispunillo onó shtoſimu navíſtio ú raju. zemaglskomu; *ipſa conteret caput tuum*; dachiu ja ſatarti glavu gnegovu i ſillu, kojom pridobívá oſtálæ sve ſinove Adamove..

Odimo ú napridak, za promotriti prosvitglenu ovú iſtinu svidoçanſtvi s. Ivangelja . Vidím ú parvom poglavju s. Lukæ, da dojde pokliſar s'nebéſá K'Marij D.. i navishtujæ gnoj, da imá zaçeti, i poroditi ſína .. Ali *nebojſe Mario*, govorashejoj Angeo, nebojſe, velí, dachesh sjajní gliglian izgubiti od tvoga diviçanſtva : *inveniſti enim gratiam apud Deum* .. Promotrimo, molim, pomglivo ovæ rijçi, Nashlaſi velí milloſt kod Boga : shtorazumie pokliſar nebeski po ovom govorenju? Oche rechi: Oſtáli ſinovi Adamovi posli zaçetja imajú çekati milloſti Boxiæ, koja ima gni posvetiti, tja kadſe porodæ, i prijmú likariu od griha iſtoçnoga, il barem ú utrobi posli zaçætja, kako Jeremia. Prorok, i Ivan Karſtitegl : ali tí, o prislavná i uzvíshena Diviczo, kadaſiſe zaçinala, jurje tebe millóſt bijla pritekla ú utrobi Materæ tvojæ, i tako *inveniſti gratiam*, *nashlaſi milloſt* jur pripravnu, á ne daſi gniu çekala, date posvetij po zaçétju : kakoſi dakle svarhunaravno milloſt nashla,

368 *Svidoçbai Ivangel. d B.D.M. b zaçéta bez gr. iſtoç.*

nàshla, á ne çekala po zaçetju: onakochesh i sina zaçéti svarhu naravno ú çistochi diviçanskoj, á ne po dotaknutju mushkomu: *quia Spiritus S. superveniet in te*: zashtoboche, veli, Duh s. svarhudóchi, illiti opet dochi úte. Ovdi opét prighibam misli moje, i iziskujem: zashto Angeo ne reççe: *zashtoche Duh s. dochi úte*: nego veli svarhu, illiti opétche dochi? Evo skrovishte od ovog govorenja ottvorámi prinauçnì Liran, govorechi; *bene dixit superveniet*, dobro, veli, reççe Angeo Marii, opetche dóchi: *zashtoje doodio Duhu s. svarhu ovæ Diviczæ josh kadje bijla ú utrobi Materinoj, za saçúvati gniu od griha istoçnoga*. Viddimo najposli svidoçanstvo ovó iz usta Isusovij.

Ottiuchí Isukarst svemu svítu pokazati visokó doostojanstvo Karstiteglia svoga, Ivana: megiu ostalím faalam, govorashe púkom od gnega: *megiu svima porrogenim od xená nie ustao vechí, od Ivana Karstiteglia*. Ovdi jur nemoresе rech, daje dakle Ivan vechi od gnega, zashto onse nebroí megiu porrogenæ od xéná, buduchi od divojke porrogen: Mogaobi nishtanemagne rechi tkogod, dakle po ovom svidoçanstvu Isusovu, Ivanje vechí od Mariæ Divicze: buduchi daje ona doisto od xenæ porrogena. Al nut promotrimo dobro rijçi Gospodinove, za viditi slavu neoczquargnenoga zaçetja Majkæ gnegovæ od gneg istoga posvidoçenu. Po onim rijçma: *megiu porrogenim od xená*, on vadij sebe, koije porrogen od Diviczæ. Ali i ovó reççe: *nie ustao vechí*: i po ovím vadij Mariu Majku svoju: zashto po gnima svidoçij, daje Ivan vechí od sviú, onie samo, koisu ustali poslí upadnutja ú grih istoçni: á Mariase nebroí megiu onæ koisu uppali, zashto ona nie uppala; tko ustajæ, vaglia daje naprè uppao: Evo dakle iz svidoçbæ istog Spassiteglia dovodise slava jedijne Majke gnegovæ, daje na svom zaçetju bijla obbrágnena od griha istoçnoga, nitie uppala, nego ú oní ças zaçetja svoga, *Astitit regina* stadde Kraglivza na desno zaruçnika svoga, á ne robigna od griha, kako vidje ù duhu David i navisti. Slijdij pák.

Slijdij pák isti Prorok, da nesamo Stadde udigl kraglicza, á ne robigna griha; na desno, á ne na lijvo: nego joshter: *Astitit . . . in vestitu deaurato circumdata varietate*, stadde, veli, udigl i ukazase ú odichi zlachenoj obastarta rázlikom ghijzdom: ukázase, to jest, ú tileshczu prighijzdavu, hudima nakichenu tolliko cilovitijm i zdravijm, kolliko lijpím i jednako jedno pram drughim urægenim; da, kako kadse Sunce ukaxæ, svekollike svízde svitlost svoju sakrú, onako pram Mariom svaka ghízda i lipota stvorená, akoche biti Angeoska, potribitoje dase sakrie kao zastígena. Zashto akoje lipota, kakonas uçij s. Agustin, daar Boxí, jedachemo sumgliti da Mudrost nestvorená, kako ostalím izvarsnitostma, onako i lipotom i ghízdom izabránú Majku svoju svarhu svakoga drugog stvorænja nakiti, i obogati? Odkud tolliko s. Czarqua ú officiu, kolliko ss. Nauçitegli ú svoij istomaçegní, sve onæ stvari, kojese ú Boxanstvenim piismi shtiú od Mudrosti Boxiæ, illiti od Isukarsta Sina, namischiajú prineshenim razzumom duhovnim, i razumiuh takoger i od Marie Bogorodicæ: Gdi za izrechi ghízdu gnæ i lipotu, sadse preimigniujæ, zaradi podpunnoga

369

Lipota B. D. vezli- K'm priti- Kam tomaçisse.

ga zdravja tilesnoga i cilochæ, Maslini, koja, sáma i jedijna osta zdrava sa zelenim listjem ú vrijme potopa vodenoga, *quasi oliva speciosa*. Mariaje kako Maslina ghizdavá, veli Czarquení: Sadse primigniujæ, zaradi plemenitog urægenja hudá jednoga pram drughim Cipreshu, koije nakichen granama tako lípo razregenim, kako daije múdar majstor rúkom iznamishchiao i posádio: *quasi Cypressus in monte Sion*. Sad Ruxici, i drugom czvitju ghizdavomu: *quasi plantatio roſæ in Jericho*: Sad balxamu, i drughim pomastma miriſſavim: Sad lozzi, i drugom vochiu plodnomu. Proroci nishtanemagne scinechi, da prímígnenja lipótá zemaglskie, nísu dosta za istomaçiti ghízdu priizabránæ Divojçicæ danas zaçeetæ, uzdignutom ú duhu pametju gniu privídivshi, lipotu gnæ istomaçiti, i prid okom razzúma nashega izpegngati pod prijlikom rázlikí svitlostí nebeskie nadmechiuse; nazívajuchi gniu nikí zvízdom: *orietur ſtella ex Jacob*: govorashe Balaam Prorok: Nikí zorom, *jam aſcendit aurora*: shtiem ú s. kgniga od porroda: Nikíju primignuje sunczu, i miseczu; *pulchra ut luna, electa ut ſol*, pivváshe primudrí.

370 Sasvim tizim nuth poslushajte kollikosu nizoke svekollike ghízde od stvorægná, prám lipotom priodabránæ Divojçice, kojasé danas zaçæla ú utrobi staricæ B. Annæ: poslushajte, reko, svidoçbu zaruçnika gnæ nebeskoga: *ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*: kako ruxicza, ovako pivá ú s. piisma, kako ruxicza, velí, megiu targnem, takoe zaruçnicza moja megiu kcherma, illiti megiu ostalim stvorenjem. Sve dakle, sve lipote ostalí stvorænja, pram gnæ lipotom, vidise tolliko procignívati, kolliko targna pram sjajním i mirisavim gliglianom: *kako gliglian megiu targnem*, velí. Primigniujese N. Maria zaruçnicza Duha s. zlatu, biseru, i dràgom kamenju: primignujæ gliglianu, ruxici, i drugom czvitju: primignujæ zvizdama, miseczu, i sunczu: ne kao dabise gnæ lipota po ovom mogla istomaçiti, nego samo, zashto mi ú ovom stánku niti známo za lipsha, ni za izvarsnittihá: A inaçie, akochemo istinu rechi, imamo rechi sprimudrím: *omne aurum in comparatione illius arenæ eſt exigua*, svako zlato kgnoj primígneno nie drugo nego jedan pijsak i prah. Odkud po Solomunu govorashe viçgna Mudrost Boxanstvena, *averte oculos tuos a me, quia ipſi me avolare fecerunt*: Okreni velí oçi tvoje, zashtosume çinile izletiti: Meshtar Solomun tomaçí, zashtosume çinile dase ponosijm: Zashtobo, kako Majstori, kadijm izagæ zarukom uçiniti koegodi dillo ú svom zanátu izvarsnito, razglædajuchiga zadosta naslagiujuse ú gnemu, ponosé, i holè po nikí náçin, slavechise; tako jedínorogení sín Boxí, buduchi uçinio po mogustvu svomu pribivalishte sebi vrimenitò, tojest Divojçiczu Mariu, i buduchi gniu naghízdao svakom lipotom, i nakichenjem svarhu svihu ostálij dijlá svoij, razglédajuchi gniu, naslagívásheſe, da kadbise mogao poolit kao çovik, çinilobise dase ú ovom dillu svomu tolliko ghizdavu i plemenitu ponosí.

Il akochemo, po istomaçenju drughí Nauçitégliá, reçenæ rízi razumiti: *Averte oculos tuos*, okreni velí oçi tvoje od mene, zashtosume çinile izletiti: tojest, *snáguſumi uzéle* tako Meshtar Abram: i *krilaſumi nadoſta-*

vile

Li pota B. D. ui Kanavom ghizdom ſtvorenom nemarese iſtomaçit.

371

B. D. jest zorra; Kojé sunczu vicznima snágu dase, i Krista nadoſtavile

vile : tako . Gargur Niſſén . Promotrimo ú napridak ss. piiſsma , za izviditi kolliko dobro tomaçæ i goúoræ oví Nauçitegli , daje ová priobrána danas zacætá Divojçicza ſinu Boxiemu , po nikí naçin digla snágu , i krijla nadoſtavila , i çinillaga izletiti . *Iratus eſt furore Dominus in populum ſuum , & abominatus eſt hæreditatem ſuam :* Videchi Boog svemoguchi tollikæ zloche na svijtu , razſardioſe jeſt ghnjívom goſpodin , velì okrugnení Prorok , ſuprot púku svomu , i poçælomusé garſtiti na gnega tolliko , da okrenuvshi óbraz svoj od gliudí , mogadiasheſe rechi , kako shtiem ú kgniga s. Joba , *circa cardines cęli perambulat* , po nebeſieſe shætá , kao zaboravivshiſe od nas , niti mislechi vishe izletit odonuda ſnebéſá na zemgliu za odkupiti svít . Uſſilováuſe Patriarke i Proroci molbama svoím snágu dignuti sarçbæ gnegovæ , i kríſamu nadoſtaviti da izletí , vapiuchi brez prijſtanka : *kai ſidijsh svarhu Kerubìná ukáxinamſe .. Oddi ſpaſene nas uçíni .. nemoj kaſniti* . Ali nitko nemoxxe dignuti snágu sarçbæ gnegovæ , nitimu krijlá nadoſtaviti , da izletí k'nama , dogodiſe neukaza prisjajna zorra Maria ; á kakoſe ova ukáza , udigl pridobivenſe ukáza po nikí náçin , govorechi Oczu svomu nebeskomu : *dimitte me jam aſcendit aurora* , puſtime , velí , puſti jurſæ ukázala zorra . Zortaſe doiſto svakæ lipotæ zrakama sjajúchia ukáza svemu okolishu , kadaſe zaçæ prislavná i prighizdava danas Divojçicza Maria ; koja , mogu rechi , izogiáshe iz púſtigne , kakonoti od roditægliá za dvadeſt godijná neplodnie . Ovvoje oná zorra , kojæ , kako svidoçí s. Petar Damian , *pulchritudinem ſol & luna mirantur* , koje , velí , lippoti suncese çudí i miſæcz . Paçe çudéſe iſti Angeli , i od zaçugenja kao izvanſebe izishavshi pítajuſe megiuſobom : *kojaje toh , koja ſzodíj iz pushtigne* , tolliko ſtarræ , kolliko srichnæ utrobæ Anninæ , *naslagegni ſ ráskoshjem* tolikæ lipotæ , *obilujuchi ?* Ali shtoſe çudite Angeli ? Ovoje zorra oná , kojá zrakama lippotæ svojæ , izvedde iz neba Sunce od pravdæ , ſina Boxiega ovom svítu , zashto kakoe pijſano , kakoſe ukáza na gnemu ova zorra , *ortus eſt ei ſol* , i suncemu iſteçe . Ováje dignula snágu sarçbæ Boxie ſuprot plemenu gliuskomu : Ováje nadoſtavila kríla sínu Boxiemu , da izletí iznebæsà , i snijgè ú gnæ utrobu . Evo kolliko dobro i lípo tomaçé reçení Nauçitegli , da razumiashe sín Boxí s'onim rijçma , *okreni oçi tvoje* , rechi ové : *oneſumi snágu digle* sarçbé , kojomſamſe suprot gliudma bio napunio : *Oneſumi krijla nadoſtavile* , da izletím iz nebèsá , i snigem ú Diviçansku priçiſtú utrobu tvoju : gdi pribijva devet Miſéczij : & *poſt hæc in terris viſus eſt , & cum hominibus converſatus* , i poslí toga , kako prorokova s. Baruk , na zemgli çíniſe vidditi , i s' gliudma opchiti .

Tolliko dakle çudnovatím zanatom vicgna *Mudroſt sagradi sebi pribivalishte* vrimenitó na danashgní dán ú utrobi B. Annæ , kolliko neſamo vidiſe slaviti , i naslagívati ú çudnovatom ovom dillu , nego josh çuditi po nikí náçin , govorechi , i prinzimajuchi vishe púta , kako shtiem ú svetí piſsma : *quam pulchra es filia Principis* , okollikoſi ghizdava kcheri Poglavara Ocza moga nebeskoga , zaruçniczo Duha S. á meni , viçnem sínu viçgneg Ocza , za vrimenitú Majku od

vijka obrána : *kollikoſi lijpa i ghizdava : abſque eo quod intrinſecus latet*: izvan ono shtoje unutra sakriveno, shtoſe zdvora nevidì.

372 I ovoje N. onò , shto okrugnení gnæ Shukundjed , poslí kakojú vidje ú parví ças zaçetja ſtojæchiu , á né padnutu pod grih iſtoçní, i plemenitim zlatóm od svakæ lipotæ obuçenu, kako vidiſmo ozgor: uprie okom proroçanskoga razuma svoga na razghlédanje daróvá i milloſtí, koizim obbogachena bij udijgl iznutra; i videchi daſu neiztomaçgliva , nitiſe mogú iskazati ; mallim rijçma dovarshi , govorechi: *omnis gloria ejus ab intus*, svaje, veli , sva slava gnæ iznutra. Ottiuchi rechi : premda slava uræjenja húdá , ghizdæ , i lipotæ , koizim Maria sjá u tijlu, tolliko vellika jeſt , kolliko nadhodij svako ſtvorænje ; nishtanemagne ovoga nishta za slavu i nedarxij , pram darovma i milloſtma , koimje obogachena iznutra: *sva , svaje slava gne iznutra* . I doiſto (dopushtenomi budi málá kvellíkijm primíniti): da tkogod ad vas glaſovití oní dvór Solomunov budæ promotrio ; biobiga vidio doiſto s' vellikom majſtoriom sagragena, shiroko ogragena , viſſoko uzdighnuta ; zidovma jákó utvargena ; direci , lukovvi , i ſtúpovi temeglito podaparta ; razregenjem çardakóvá , oblóká , i vrátá lijpo nakichena : i da reçem jednom rijçju , biobi vidio , da uzvelliçanu niku slavu prikazujæ zdvórá: Ali dabi unishavshi, bio iznutargná promotrio , razghlædajuchi kadijfu kojomſu zidovi , i chilime klinçane i zlatnim shiriti nakichene , koimſu tarpeze i police pokrivene : kite i zaaſtore viſæchæ oko oblóká i vráta , koiſe bargniczam srebarnim uzdarxájú , i zlachenijm shiriti vládaju i potæxú : pod , uglagenijm razlikim kamenjem i ploçama plemenitim , á tavan razlikijm, ghizdavím , i çudním prilikam upegnganím sjajuchi kako zrákama : Vidivshi najposlí odovuda oruxje draghím kamenjem nakicheno, odonuda odichiu svakojaku svijlom i zlatom navezzenu gdi viſſæ : na okolo svuda ſudje od svakæ varſtæ srebarno , i zlacheno za lipotu iznamishchiáno : *sve svitlo*, sve sjajno : neſumglím dabi od ovoga dvora zavappio , kano i David od Dvóra Solomuna nebeskoga; *omnis gloria ejus ab intus* : sva, svaje slava ovog Dvóra iznutra , kolliko dabi zdvóra nebio nishta vidio uzvelliçana i slavna, pram nakichenjem iznutargním . Saſvim tizim jedan çovik texák naſelacz ghledajuchi nakichénja reçenoga dvóra Solomunova , mogaobiſe çuditi , ali nebi mogao gni procijnit , ni znao . A shtoſmo mij , molimvas , pram duhovi nebeskím , nego naſeoci svi, i texáci? jedachemoſe dakle uſſudit rechi, daſe slava iznutargná ovæ prislavnæ kuchæ Solomuna nebeskoga more iſtomaçiti od nas , procijniti , i razumiti ? oni visheſe gnoj çudé negoli da doſæxu darove i milloſti , koimje Maria obogachena , prem da razuum imaju priviſſok : i iſpovijdajú ovó pijtajuchiſe megiuſobom , i priuzimajuchi : *quæ eſt iſta , quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens , innixa ſuper dilectum ſuum*: kojaje toh , velæ, koja uzodij iz puſtigne svijta zemaglskoga , zaçináte ú púſtigni utrobæ ſtarræ , i od mlogo vrimená neplodnæ , i pák raskoshji obilujæ , i obogachenaje tollikím darovma i milloſtma , kolliko nas iſté Angele nadodij: paçe naslognaſe na pridrá-

Digitized by Google

drágog svoga: kako rekavshi veliçanſtvom od darovvá, i podpunnoſtij prikuçujeſe blijzu k' iſtom ſtvoritégliu. Takome uçí, tomaçechi Nauçitegl Angeoski s. Toma: *Virgo tantam obtinuit gratiæ plenitudinem, ut eſſet Auctori gratiæ propinquiſſima.* Divicza, velí, Maria tollikuje obijlnoſt i podpunnoſt prijmila milloſti, daje priblijzu k'onomſe prikúçila, koi dajæ milloſt, i çinij.

nekijega puſtití Jacov, dogodiga neblagoſovi: pák nazva ime miſtu onom *Phanuel*, tojeſt, vigenje Boxie: govorechi: *vidi Deum facie ad faciem*: ovdiſam, veli, vídio Boga oçi na oçí: tako svidoçí iſto s. pijsmo. Dakle, rechichetemí, jedno nevoglnò ſtvorenje vrijdnoje harvatiſe ſprijakiem. Stvoriteglom ?: tollikonam skazuje N. s. pijsmo: al nijsmo josh svega skrovishta iztomaçíli; odimo unapridak. Harvanje ovó, Bratjo, zlamenujæ molitve svetie gliudij i pravednie, koizimſe brez sumgle mlogokrát Boog pridobijvá, i sarçba gnegova gáſij, i zabragniuje: inaçie, ó kollikobi pútá mloghe grishnike báczio ú pakao: paçe i sviet vas razrushio; kakono jedan pút potopom vodenim uçíni. Jakov dakle zlamenujæ sve plemme gliskò: á po nochi mraçnoj, jur rekoſmo ozgor, daſe razumie sve onó vrijme od grijha Adamova, ú kojæ gliudi raagiájúſe, xivgliáhu, i umiráhu, ú tmina od grijhá. Zora pák jeſt Maria, od koje Nebeskij zaruçnijk pivá ú s. piſsma: *kojaje tob, koja izbodij, kako zorra uſtajuchi*. Harvásheſe dakle Jakov, illiti pleme gliusko, svunóch, tojeſt, úza sve vrijme recenó od tmijnah, s'Bogom ſarditim, ſuprot grijhu. Harvasheſe, reko, ne inaçie doiſto, nego molitvama Patriarkij ss. i Prorókah; al nitkoga dobiti nemoxxe, niti sarçbæ gnegovæ ugaſiti, dogodiſe neukáza prisjajna zorra, Maria: al udjgl kakoſe ová porodi, i ukáza na svijt; iſpovidi iſti Boog kako daje pridobiven: govorechi, *dimitte me*, puſtime, velí, puſti, *zasbto izhodij zorra*: tojeſt priponijzna, i. priçiſtá D. Maria. Ová dakle moxxe nepridobitnoga Boga pridobiti: ová sarçbu gnegovu, tolliko duggu ugáſiti; ová viçgne sunce od pravde iz krijla oççina nazemgliu pritegnuti: zashto zázorom vaglia da slijdij sunce: odkud i s. pijsmo nadoſtavgliá: *ortuſque eſt ei ſtatim ſol*: i izajdemu, velí, odma sunce: al prie nego poçnemo iſtók suncza ovoga razglédati, promotrimo mallo bogle zrake iſtæ zorræ Mariæ.

Biashe dakle proshlo jur 4. igliade i vishe godijnah posli griha Adamova: ú koje sve vrijme czvijgliashe xaloſnó plemme gliusko ú tminnama duhovnim, brez svitloſti Boxiæ milloſtí: i harvásheſe svunoch ovú, tolliko duggu s'Bogom ſarditim: harvasheſe, kako rekoſmo, mollitvama ss. Patriarkí i Prorókah, koje, prignuvshi gláve á uzdignuvshi glaſove, çignáhu, uzdrshuchi i suzze prolievajuchi. Al nitkoſe tolliko jáki, i tolliko nenáge doſtojan, da Boga sardita pridobie, kolliko prisjajna zorra Maria, porogena ú Nazaretu, od priposhtenie, i svetie roditæglia, Joakima, i Annæ. Ová josh od ditinſtva nakittiſe czvitjem svihu kripoſtij, koje ſagragiváshe na temegliu pridubokoga ponixenſtva, i pozlachijváshe zlatom od çiſtochæ, vishe nego Angeoskæ, po závitu viçgnega diviçanſtva. I tako nakichena ù dúshi i ú tijlu, shtiashe na ſamu s. pijsma, iz koí poznájuchi obechianje Meſſiæ, illiti Odkupiteglia; shtovishe ú gnega virováshe; toh vishe uzdisáshe, i plakáshe nedoſtojanſtvo ovoga svieta, koijmſe zakaſnijváshe gnegovo doshaſtje. Shta radi suuza prolievati, i plaçna uzdannutja knebeſom slat nepriſtajáshe, moléchi privíſokoga Stvoriteglia; da oſtavivshí pravednú sarçbu svoju i oſvetu, doſtojáſe maknuti neizmirnim milloſardjem svoim svarhu plemena gliusko-

404

D. Maria ima pridobiti nepridobitnoga Boga.

D. M. na Kittivshiſe Kripoſtma zadobij u puch. ú ustrobi ſina Bogiega.

ga, i poslatimu Odkupiteglia.

Uzdannutja ová, i molitve çignashe B. divojçicza Maria ſtemeglitom virrom, illiti uzdanjem, i ſponiznoſtju pridubokom: jerbo promijshgliajuchi onæ, koja Meſſiu imadiashe poroditi, Materæ doſtojanſtvo priviſokò: ovvó samo, (i toh saſtrahom) xegliashe, da gnæ sluxbenicza biti, nágeſe doſtojna; á ne daje od materinſtva Meſſina smilla i pomisliti. Paçe buduchi onna viçgniu çiſtochiu závitovala Bogu, ovvo, da gnoj nie ni moguche, mislílaje. Bijlaje shtila, neſumglim, proroçanſtvo s. Iſaie, govoreché: *Evvoche Divojka zaçeti, i poroditi sína*: Ali skrovishte, da ová divojka i posli porodda czvit diviçanſtva svoga imá uzdarxati, niejoj bijlo josh cilovito otvoreno: zatoſe i bijla priſtrashila, kadjoj Angeo sína naviſti, kakochemo sad vidditi. Stolikim dakle uzdanjem, i ponixenſtvom B. D. M. uzdannutja, molbe, i ſuzze prolijváshe; kolliko gnæ ſuzze, premda na zemgliu paddáhu, ſaſvim tizim nebeſa probijáhu, i nebeskoga zaruçnika ſarce rannéchi, nepridobitnoga inaçie, Boga pridobishe, i ſarçbu gnegovu ugáſishe: odkud po uſtá primudroga ú s. piſsma vapie: *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa: vulneraſti cor meum, in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui*: ranilaſi, veli, ſarce moje ſeſtro moja zaruçniczo; ranilaſi ſarce moje ú jednom od oçiuh tvoí, i ú jednom vláſu vráca tvoga: gdi poh okku razumieſe virra temeglita, illiti uffanje: á po vlaaſu, priduboko ponijxenſtvo, zashto kako vlaas, shtogodi raaſte vechma, vechmaſe spushta niz vraat, i sniodij: onako Blax. ová Divoiçicza, shtogodiſe napugnáshe míſloſtma Boxiem vishe, toſe vishe onna ponizijváshe, i procignijvashe nedoſtojna.

D.M. zarad poniznoſti, xegliáshe biti samo sluxbenicza Materæ, odKupiteglia.

Priviſokí dakle Stvoritegl, vidivshi priduboko ponixenſtvo ove divojçicæ: i u diviçanskoj gnæ çiſtochi naslagiujuchiſe: drugojaçiæ naregjuje polak gnæ na nebesí, negoli onna mislí od sebe na zemgli. Onabo na zemgli mishgliashe, dabi srichna bijla i çeſtita, akobiſe nashla doſtojna sluxbenicza samo biti onæ, koja imadiáshe poroditi doshaſtoga Meſsíu: á na nebesí odluçujeſe, da budé onna Mati pridoſtojná iſtóga: I dok onna xelij [i tho saſtrahom; procignujuchiſe nedoſtojna] sluxiti ſtvorenju zemaglskomu; uzdignuta bij na prijſtolje priviſoko zapovídati svakom ſtvorenju joshter i nebeskomu. I takò priviſoko doſtojanſtvo zadobí kod ſtvoriteglia s' pridubokim ponixenſtvom: i s' priçiſtim diviçanſtvom pritæxe snebésá, za obuchiga putju çoviçanskom; iſtoga Stvoriteglia: tollikonam svidoçij s. Bernardo, govorechi: *humilitate placuit, ſed virginitate concepit*: Ponixenſtvom je, velij, Bogu omillila; algaje diviçanſtvom zaçéla. Zashto zamilovavshiſe sín viçgnega Ocza nebeskoga za lipotom ovæ divojçicæ i çiſtochiom, vapiashe, kako svidoçij s. pijsmo: *deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum*; raaskoshjeje moje, velí, i uxivanje biti sa ſinovma çoviçanskim. Ottiuchi rechi: Odluçioſi jur, Oçe moj viçgnij, dati mene gliuskom plamenu za odkupiteglia: jur imam, po viçgnemu odluçenju tvomu, kojeſe prominiti nemore, uzamshi puut çoviçansku, i çovikſe uçinivshi, çovika karvju mojom i smartju, premda gorkom, odkupiti: Shto dakle kaſnímo? shta çekámo? Pogledaj, Oçe moj, divojçiczu Mariu kollikoje ghizdava, i narés-

Sín Bxi xelij utroh B. D. M.

réshena czvitjem od svihu kripostij: kolliko çudnovato, svarhu sviuh Angælá nebeskí, mirishí na zemgli çistochiom diviçanskom: premdaje ovij gliljan, za goiti ú vartlu svomu gliubiczu od ponixenstva, i sarániti çisto zláto od dobra gláſa, prikrilla sjajnim plátnom od zaruçenja, s' çovikom: ali s' çovikom pripravedním, Jozipom. Jeda dakle nazemgli plemenitihi dvór moremo nachi od gnæ utrobæ, ukómubi ja zarúçenje uçínio, i pier s' naravju çoviçanskom? Dostojnaje, Occe moj, priduboká gnæ poniznost, daſe nazove, ibudæ onna kchij Privisokoga, doostojajse dakle Ti uzeti gniu za kchér. Dostojnoje priçistó gnæ diviçanstvo mene, koisam, *sunce od pravdæ*; i tvojæ, *svitlosti slavæ*, zaçeti ú sjajnoj svojoj utrobi, i poroditi: zatojuh xelim imati za Mater. Xelijuh takoger duh s. imati zaruçniczu; odkud i vapié pram gnjom po primudromu: *O kollikosti lijpa priategliczo moja, kollikosi ghizdava! oddi zaruçniczo moja, oddi bichesh okrugnena*. Oviche ispuniti posao zaruçnika, daſe ja iz diviçanske gnę karvi zaçnem; i brez dotaknutja mushkoga i sjmena, uçinimse çovik ú priçistoj gnę utrobi, uzdarxavshise gliglian viçgnega gnę diviçanstva, i çistochæ.

406 Buduchi dakle sve ovò naprijstolju prisv. Trojstva tako odregeno, uçigneno, i dovarsheno. Evvo, ovu nooch proshastu: *Missus est Angelus Gabriel*: poslan bij, kako s. Ivang. svidoçij: poslan bij, velí, Angeo Gabriel, dajoj skrovishte Boxiega odluçenja navieshij: i gnæ privoglenje iskusha. Koij, ú prilici lijpa mladichia i ghizdava, svitlostju sjajuchi nebeskom, kgnoj, koja shtiashe s. pijsmo od obechánoga Messie i promishgliáshe, unishavshi, premdajose priduboko, kakonoti obránoj Materi najvechega kráglia, pokloni; premdajuh svellikom postidnostju, kakonoti díver virní nebeski, pozdravi; premda nishta nevidje ú gnemu, niti od gnega çuh, ú çemu nesjáshe poshtenje, postidnost, svetigna, i poniznost; sasvimtizim, *turbata est in sermone ejus*: smutise, velí s. Ivang. ú govorenju gnegovu: pristrashivse, ne tolikó od rítke, kojom sjáshe Arkang. s. Gabriel, svitlosti, kolliko, videchi kod sebe iznenada musku glavu: zashto ona, koja ni ob dán nie obiçávala opchiti s' mushkim glavama, viddechi obnoch kod sebe sámæ mladichia, kollikosæ vechma imala smutit, i pristrashiti? Dokle pák Angeo náshtohi osloboditi gniu i pokripiti, spostijdnim pogledom, i poniznim gláſom, govorechi: *Nebojse Maria, zashtosi nashla milloſi kod Boga: Evochesh zaçæti, i poroditi sína*: tollikoje daleko daſe Maria pokrípi, kollikose pristrashi vechma: tollikubo gliubav nosáshe çistochi diviçanskoj, kollikobi bijla obrála more bit, prie da nebudæ Mati bash istoga sina Boxiega, negoli izgubiti gliglian diviçanstva svoga: bilabi reko ottila parvglie sluxiti kako robigna takoj Materi, s' czvitom od çistochæ, negoli izgubivshiga nazvatise, i biti Mati Boxia: shtarádi i reçe Gabrielu: *kakoche to biti, zashto Muxa ja nepoznajem?* Ottiuchi rechi: Já, koja viçgnu çistochu Bogusam závitovala: Já, koja gliglian diviçanstva tolliko millujem, kollikobise smarti prie podloxila, negobise oblatilla i oppoganilla smradom od naslagenja putenoga: Já, kojase tolliko neçuvam niodkakvæ zmihæ ottrovnæ, kolliko

Smuchenje B.D.M. od Kud?

od

od zagarglenja, i neposhtena dotaknutja mushkoga: ochesh da sína porodim? dalekoje toh odmene, idi zbogom ti posthenij mladichiu, toga ja nigda nepripuſtim: niti budem na toh privogliti, ni priſtati k'tomu.

407. Potriba bij dakle, da pokliſar nebeski iſtomaçjoj, kollikoje moguche, skrovishte upúchenja sina B. govorechi: *nebojſe Maria, zasboſt nashla milloſt kod Boga*: teh milloſt mlogo drugojaçiú, negoje nashla Eſtera kod kraglia Aſſuera: ili Judita kod Oloferna: ili Abigaila kod Davida. Milloſt, kojuſi Tí nashla kod Boga, tollika jeſt, kollika nijednom ſtvorenju, nigda nie dáta, nitichese dati. Paçe tollika jeſt, kolliko Boog iſtij, premdaje svemogúch, vechæ jednom ſtvorenju uçiniti nemore. Nebojſe pripoſtídná divojko, kao daſam ja mladich zemaglskij, koi zaaſidu çinit naſtoim tvojoj çiſtochi, negoſam já pokliſar nebeskij, koi nebesko ottajſtvo Tebi ottvoram: *Ecce concipies, & paries filium*: Evo zaçetichesh, velí, iſto ako Bogu privoglish, i poroditi sína iſtinaje; ali diviçanſtvu tvomu shtetæ nechesh ochiutiti; oſtache tebi sjajni gliglian tvojæ çiſtochæ. Zashto bitichesh Mati od vrimena, sína iſtinaje, ali sina onoga, koi od vijka imá Ocza na nebesí, Boga svemogushega. Ovogachesh poroditi iſtoga, ne iz poxeglenja, i naslagenja putenoga; nego iz çiſtochæ diviçanskæ, po dillo agniu zaruçnika Boxanſtvenoga: Zashto, *Spiritus Sanctus*, duh s. koité obrao za zaruçniczu, *deſcendet in Te*, snijchiche, velí, úte, i poſao zaruçnikov iſpugnajuchi, çiſtochi tvojoj svitloſt nadoſtavitiche, á ne dache czvit diviçanſtva tvoga ottruniti. *Et virtus altiſſimi obumbrabit tibi*; i kripoſt Boga Ocza priviſokoga, koitæ obrao za kcher, obſinnuche tebe, i obaſtriet: *Ideoque & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei*: izato, veli, i shtoſe porodí iz tebe sveto, zvaticheſe sín Boxí, koitæ obrao za Mater; da ú priçiſtoj utrobi tvojoj, iz diviçanske, i nepomieshane s' gliuskim simenom, tvojæ karvi puut uzamshi, zarúçij sebi narav çoviçanskú, i uçinijſe çovik. Ovoje Meſſia ú zakonu obechanij. Ovoje sunce pravdæ, kojæ zrakama milloſti svojæ proſvitlit ima svakoga çovika. Nekaſni dakle blagoſovgleno ſtvorenje, nekaſni ottvoriti Stvoritegliu vraatá od privoglenja tvoga. Jedali neçujesh zaruçnika tvoga nebeskoga gdi vapiæ: *Ego ſto ad oſtium & pulſo: aperi mihi ſoror mea, immaculata mea*; Já, velj, ſtoim na vratij i kuczam: ottvori meni ſeſtro moja, neoſqvargnena moja. Uniodij ovdi s. Bernardo, i ponukujuchi na privoglenje B. D. govorí: *Ottvorri divojko Blaxenna, ſarce virri, usne iſpovidanju, utrobu Stvoritegliu; eno poxegleni od svih národá Kuczá na vratie*: Izúſti prikriposnú rieç onú, *Fiat*, tojeſt, *Buddi*: koju Stvoritegl svemoguchí çeká; koju stvorenje svekolliko xelij: kojú ako neizuſtish; nitiche Boog biti Odkupitegl; nitiche çovik biti odkupglen: smillujse dakle, o zorro prisjajna, smillujse Bratji tvojoj, te puſti zraku tvoga privoglenja: rekavshi: *Fiat*, Buddi, buddi tojeſt. onako kakoje na nebesí odregeno, zashto brez tvoga, *buddi*, nemore biti nishta. Uſtarpimoſe ovdi mallo, N. dokſe B. divojka promislí, uzdamſe daje barzo za privogliti.

Angeo poKrip. B.D. tomaçechi ottajſtvo upúchenja ſina B.

Dio

Digitized by Google

Dio Drughí.

408 Buduchi evvo Maria najposlí virrovala vishe, negoli razumilla ottajſtvo Boxanſtveno; premdaſe zazijváshe na doſtojanſtvo svarhu svakoga ſtvorenja: paçe josh smiem rechi, poniki naçin svarhu iſtoga ſtvoteglia, tojeſt na gnegovo Materinſtvo; sasvim tizim onaſe slúxiti podláxæ, odgovarajuchi ſpridubokim ponixenſtvom pokliſaru nebeskomu: *Evo sluxbenicza Goſpodinova, Buddi*, budi, veli, *men po rijçi tvojoj*. Ochjutje çaſnoga ovog, *Buddi*, zuuk Stvoritegl priviſokí, i sve ſtvorenje nebeskó, Josh paçe neſamo ochiutje, negoſe maknu sve svetó Troiſtvo, çudechiſe Angeli, i klagnajuchi: udiglbo kako diviçansko, *Buddi*, za zveeça: maknuſe Duh s. zashto sníge ú gniu; i Boxanſtvenom svojom kripoſtju, iz diviçanske karvi ú gnæ utrobi uçijni malashno tielo gliusko, razredivshiga ú iſtì ças, i nakitivshi çilovito, i podpunno svima hudima çoviçanskiem. Maknuſe takoger Otaçz viçgní: zashto kripoſtju priviſokom gniu obaſtrie, i ú oní ças duushu razloxitú ſtvarajuchi ulij ú ono tilleshcze. Maknuſe najposlí i sín Boxí jedinorogení: zashto ú iſtí ças snishavshi iz krijla Oççina ú gne diviçansku utrobu, zaruçi narav onu çoviçansku, sjedinivshi gniu ſaſvojom Boxanſtvenom, ú jedinſtvu kijpa, illiti ſobſtva: *Et homo factus eſt*: i uçíniſe çovik. I tako, na zuuk danashgnega, *Buddi*, koe izuſti D. M. iſpuniſe proroçanſtvo s. Jeremie, govoræche: *ſtvorioje Boog novu ſtvar svarhu zemglie, xenska gláva obaſtrieche çovika*. Maria, tojeſt, Iſukarſta ù svojoj utrobi, çovika Boga. Ovvoje çovik novi, zashtobo i Boog zajedno. Ovvoje Mati nová, zashtobo i divojka zajedno. Ovvoje zaçetje novó; zashtobo brez ſimena mushkoga. Doiſto dakle: *creavit Deus novum ſuper terram*: ſtvori Boog novu ſtvar svarhu zemglæ, na zveek danashgnega, *Buddi*; i doiſto, *Fęmina circumdedit virum*: xenska gláva obaſtri musku glavu, illiti çovika cillovita ú utrobi svojoj, i podpunna; jerbo Iſukarſt ú onij ças svoga zaçetja, premda velliçinom tijla nebiashe vechij od pçelæ, mudroſtju nishtanemagne, razumom, milloſtju, i slavom bioje udigl podpun çovik, i cilovit.

Sada promislite N. jedali nijſu uçignene ſtvari çudnovattihe pó rijçi, *Buddi*, ú srid vrimæná, nego ú poçælo? Akobo ú poçælo vrímæná svako ſtvorenje uçinivshiſe poslushno, na zuuk Boxanſtvenoga, *Buddi*, izashavshi iz nishta, uzæ bijtje poſtanja. U srid vrimæná iſti Stvoritegl, *factus obediens*, uçinivshiſe poslúshan, na zuuk diviçanskoga, *Buddi*, snishavshi snebæsá uzæ bijtiæ tijla umarloga: i tako Stvoritegl uçijniſe ſtvorenje: viçgnij, uçijniſe vrimenitij: neumarlij uçiniſe umarlij, po danashgnem *Buddi*, koje izuſti priponizna D. M.

Kojæ rijçi kripoſt promishgliajuchi, i çudechiſe s. Thoma Villanovan, pram iſtom diviczom vapiæ: *O Buddi moguchæ, buddi snáxnó! svarhu svakoga Buddi, viçgnim shtovagnem doſtojno poshtovatiſe! Tako Buddi nie zazvéçalo ú okolishu*; *kakvoſi*, velí, *ti sada, Blaxenna D. izrekla*.

Evo, Brat. moja, çuſte priviſoko Ottajſtvo, upúchenja sína B. koje virujuchi temeglito, bogleje shtovati múçanjem; nego ottiti govorenjem iſtomaçiti, i razumiti pametju ſtvorenom: buduchi

privo- i udigl chenje niſe ſi- Box.

duchi ovo, po svidoçbi Apoſ. s. Pavla, *Myſterium abſconditum a ſæculis & generationibus*: skrovishte sakrivenó od vikoovah, i naaródá. Odkud Angeoskij naucitegl, Angeoski svima navishtujæ, govorechi: *utramque ſubſtantiam in unam conveniſſe perſonam, niſi fides credat, ſermo non explicat*: Obadva, velí, biſtva, toh jeſt, narav boxia, i çoviçanska, daſuſe ſaſtale ú jednom kijpu, ako virra nevirrova, govorenje nashe doiſto neiſtomaçi, nekſe nitko nitko nemuçij: zashto ni iſtí Angeli nemogú cilovito pametju svojom doſegnuti ovoga skrovishta. Zatoga oſtavlam temeglitoj virri vashoj na povirrovanje, za vashe ſpaſenje: a ſamovam napominam, daſe ogledáte ú priſvitló oghledallo diviçansko, motrechi çudnovató czvitje od kripoſtij ú Marij: nachichete doiſto, daju morete naslidovati, navlaſtito ú s. ponijxenſtvu, po komuje najvishe omillila priviſokom Stvoritegliu: kako ona iſtá svídoçí, pivajuchi: *Fecit mihi magna, qui potens eſt*: uçiniomie, velí, ſtvari vellike svemoguchi: buduchime uçinio Materom jedijnoga sína svoga: Mah zashto? *quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*: zashtoboje, velí, pogledao na ponijznoſt sluxbenicæ svojæ. Tko, molimvas, nemore slijditi Mariu, ú ponijxenſtvu, podlaxpchiſe drughim, navlaſtito ſtarriem, netraxechi velliçanſtva; bixéchi od tashte slave, i ponoſtva? Doiſto akojuh tako uzslijdite, kakoje onna Bogu, onakochete vij i Bogu ugoditi vashim ponixenſtvom, i gnoj: i tako uçinicheteſe dóſtojni i u xivotu, i na smarti biti pod gnæ krijlom materinskím, i u gnæ zashtíchenju. Amen.

TESTI-

Digitized by Google

TESTIMONIUM XV.

DE

ASSUMPTIONE BEATÆ V. M.

In quo oſtenditur dulcedo morientis: gloria reſurgentis: magnificentia in cœlum aſcendentis: potentia regnantis: & miſericordia nos protegentis.

Aſſumpta eſt Maria in cœlum, gaudent Angeli, laudantes benedicunt Dominum. Eccleſia in officio.

409 UTique verum eſt, nos tam debere cœlo gratias agere, & venerari Angelos, quam imbribus illud terram, ut fructificet nobis irrigat; hi vero nos ſervant ab inimicis, & cuſtodiunt. Nihilominus, ſi hodiernum eorum opus conſiderandum nobis proponamus, de utriſque merito conqueri poterimus. Enim vero, quantum cœli alias terræ ſemper ſunt benefici, tantum hodie ſe monſtrant ei invidi; quantumque Angeli conſolationum cæteroquin noſtrarum ſemper ſtudioſi; tantum hodie in afflictionem noſtram videntur concordes. Parcite mihi cœli, & Angeli. Vos autem, dilectiſs. N. non miremini hoſce meos ſermones, ſed dolete potius, una mecum, deſolationem noſtram, atque terræ noſtræ depauperationem. Certum eſt etenim, quod nec terra, in omnibus rebus creatis habuerit majorem theſaurum, quo ditaretur; nec nos excellentius bonum, quo frueremur: nec majorem pulchritudinem illa, qua ornaretur; nec validiorem amicum nos, quo, & in caſu ſublevaremur, & in neceſſitate protegeremur, quam glorioſiſſimam V. Mariam, Matrem Jeſu per naturam, noſtram autem per gratiam. Et tamen, *Aſſumpta eſt Maria in Cœlum*. Cœli quaſi invidi, non ferentes terram tanto theſauro gloriari, quantum in Maria recondi noverant, ornarique tanta pulchritudine, ac devote quodammodo ſuperbire: ecce! miſſis Angelis rapuerunt nobis illam in anima, & corpore. Itaque *Aſſumpta eſt Maria in cœlum*: teſte s. Matre Eccleſia. Quocirca, gaudent angeli: aſt eorum lætitia, juxta conſiderationem Divi Bernardi, nobis cauſare debet

Cœli, ac alias terræ ſemper ſunt benefici: tantum hodie ſe monſtrant ei invidi.

Digitized by Google

mœstitiam, atque afflictionem. Cum enim Maria a Domino de cruce dicente: *Ecce Mater tua*: unicuique nostrum, in Apos. s. Joanne, data sit, tamquam amantissima mater misericordiæ; rapiendo illam cœli, & assumendo Angeli, non modo rapuerunt ornamentum terræ, & thesaurum incomparabilem; sed nos quoque effecerunt orphanos, & reliquerunt desolatos atque afflictos. O Cœli; o Angeli! sit hoc, assumpsisse vos animam dilectissimæ Matris nostræ, & ad thronum cœlestem tulisse pro deliciis, & fruitione vestra: ut quid saltem corpus ejus in terra non reliquisse, pro gloria & consolatione nostra? Hæc sunt suspiria, & considerationes s. Bernardi, dicentis: *Charissimi, quæ nobis in assumptione causa lætitiæ? plangendum nobis, quam gaudendum magis esse videtur. Quantum enim de ejus præsentia cælum exultat: numquid consequens est, ut tantum lugeat noster mundus inferior hic ejus absentiam?* [Ser. 1. de assump.]. Quia tamen idem devotiss. B. V. M. famulus paulo infra dicit: *Advocatam præmisit peregrinatio nostra, quæ tamquam Judicis Mater, & Mater misericordiæ, supplicitur, & efficaciter salutis nostræ negotia tractabit.* Idcireo gaudium & lætitiam intendo hodie annuntiare vobis dilectissimi. Observabitis enim in hoc brevi meo sermone. Primo dulcedinem eius dormitionis: gloriam resurrectionis: & magnificentiam Assumptionis in cœlum. Secundo potentiam in cœlo regnantis: & misericordiam negotia salutis nostræ ibidem tractantis. Incipiamus.

In Ass. B. V. esto videatur plangẽdum esse nobis, tamẽ gaudium annuntiandum.

410 Ut solemnitatis hodiernæ lætitiam, quæ cum cælitibus communis est nobis; & plenius habeamus, & colamus devotius, utile duxi esse recolligendum, quod hodie s. Mater Ecclesia tria festa celebret ss. V. Mariæ. Dormitionem, scil. Resurrectionem, & in cœlum Assumptionem: quia, quam firmiter ab Ecclesia creditur eam obiisse; tam pie tenetur eam, parvo post tempore, resuscitatam fuisse, atque in anima & corpore assumptam in cœlum. Nulli tamen veniat in mentem, quod Genitrix filii Dei morbo aliquo corporali sit mortua; bene vero obiit languore suavissimo, ardentissimi amoris Divini. Quoniam flamma hujus amoris, præcipue illis annis, quibus post ascensionem dilectiss. filii sui in hoc mundo relicta vixit, tantum crevit, atque gliscuit, quantum nec lingua enarrare, nec intellectu attingere possumus. Ast ut aliqualiter, saltem in umbra consideremus eam: accipiamus unum speciosiss. & fragrantiss. florem vernalem, Rosam ver. gr., cui sæpe in sac. pag. Maria ss. comparatur. Et sic discurramus: si talis flos numquam mortificaretur, neque vento concuteretur: sed sicut in vere cœpit, ita per plures annos sequeretur gliscendo, proficere in decore, & odore; quis posset contingere mente, quantum décor talis floris, atque odor magnificaretur?

Tria festa celebrantur in Ass. B. V.

Rosa mystica Maria utique talis flos erat: sicut enim fuit semper aurora lucidissima, sine vespere seu tenebris peccati: ita fuit flos vernalis, semper vernans, semperque gliscens in decore, ac odore omnium virtutum, præcipue autem flamma amoris Divini. Numquam etenim hanc Rosam mortificavit defectus roris gratiarum Divinarum: numquam adussit æstus concupiscentiæ mundanæ, minusque carnalis: numquam infecit

Quam non mortificet Maria gliscuit in amore.

prui-

pruina peccati, nec originalis in conceptione, nec voluntarii vel minimi in tota vita sua: numquam tandem concussit ventus elationis & vanæ gloriæ. Itaque nullum impedimentum habuit, nullamque retardationem proficiendi semper glisscendo, & glisscendi proficiendo in decore, & odore omnium virtutum theologicarum, cardinalium, & moralium: Maxime vero in amore erga dilectiss. Filium suum Jesum. Si dicerem, quod B. V. de die in diem crescendo semper magis, magisque in hoc Divino amore, ita illum multiplicaverit in corde suo, atque magnificaverit, ut superasset amorem cujuscumque ardentiss. Seraphini, verum quidem dicerem, sed parum: superavit etenim, saltem ultimis annis vitæ suæ, amores omnium Angelorum, & Archangelorum, si simul congregentur in unum.

411 Maximus denique hic amor, maximum parturiebat & vehementiss. in corde ejus desiderium videndi amantiss. filium suum oculis corporeis, & Divina ejusdem perfruendi facie. Quoniam autem, quo quis magis ad Deum per amorem accedit, eo magis recedit ab hoc mundo, ita B. V. multiplicato hocce amore, a mundo recesserat, ut omnia mundana illi admodum amaruissent: unde nullus est dubitandum, quod indesinenter illa clamaret, voce Davidica: *sicut desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus* [Psal. 41. 2.]. Ex fornace, succensissima licet igne, non potest prorumpere flamma cœlum versus tam vehemens, quam vehementia prorumpebant hæc desideria ex corde Matris Beatissimæ; quia nimio amore succensum ardebat: quinimmo non ardebat dumtaxat, sed languebat quoque; quo amoroso & dulci languore cupiens mori quam primum, atque sperans; nullus dubito eam præmonuisse Apost. s. Joannem, qui semper illi astiterat, & Angelos, quos Divinus filius servituros illi ordinaverat, ut præparrarent ea, quæ pro obitu suo erant paranda. Solebant autem quondam veteres morientium virginum corpora floribus, atque pomorum ramusculis viridibus circumspergere, & exornare: unde, juxta mysticam intelligentiam Abbatis B. Ruperti, dicebat illa ad supradictos; *fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo*: [Cant. 2. 5.] q. d. quid expectas dilectiss. fili, Joannes; & vos Spiritus cœlestes quid cunctamini? ut quid flores non paratis, ramosque malorum, queis virginale corpus meum est conspergendum? vel non advertitis, quod ego, etsi morbo caream, *ecce amore langueo*: & *cupio*, magis centies & millies, quam Apost. s. Paulus, *dissolvi, & esse cum Christo*, dilectiss. filio meo. [Philip. 1. 23].

Legitur in vita S. Martini Episcopi Turonensis, quod optans liberari ex hac valle lachrymarum, supplicasset Domino, ut se reciperet mori permittens: quo audito discipuli ejus, eum rogare cœperunt, ne deserat adhuc gregem suum: dicentes: *Cur nos Pater deseris, aut cui nos desolatos relinquis? salva sunt tibi tua præmia, nostri potius miserere: invadent enim gregem tuum lupi rapaces*. Non dubitaverimus utique, quod s. Joan. & Angeli quoque admonuerint similiter B. Matrem, & rogaverint, ut pro edoctione Apostolorum, & totius Ecclesiæ s. consolatione, sustineat adhuc nobiscum hic commorari, donec fides dilatetur per

412

Vis amoroſi languoris B. V. nullo modo ſuperari potuit.

mundum, & ſtabiliatur. Sed quia *amor impatiens eſt.., nec aliud cogitat, niſi quod diligit*, ut inquit doctiſs. Idiota (lib. 1. c. 1. contem. Div. am.): nihil obtinere potuerunt; quinimmo, illa e contra rogabat Angelos, & fortaſſis ingeminabat cum antiqua illa ſponſa ſacræ ſcrip. loquens ad Angelos: *Adjuro vos, ſi inveneritis dilectum meum* (filium), *ut nuntietis ei, quia amore langueo*: quem languorem ſuſtinere jam non valeo: igitur, *veniat dilectus meus*: & mori me permittat. Nec mirum, inquit enim s. Ambroſius: *non minorem febrem amoris dixerim, quam caloris*: ſeu morbi. Cumque nullo modo ſolari poſſet, atque ſatiari B. Mater, Davidico ore clamabat ad filium dicendo: dilectiſs. fili, non eſt quo ſatiarer jam hic, dumtaxat *ſatiabor cum apparuerit gloria tua* [Pſ. 16. 15.]. Videns igitur Divinus filius, de ſublimitate cœlorum, amoroſi languoris deſiderium dilectiſſimæ Matris ſuæ, & vocem audiens, voluit eam conſolari obitu: ſed obitu lætiſſimo extrinſece, & intrinſece dulciſſimo. Lætiſſimo, inquam, extrinſece: quia Apoſtoli, qui erant diſperſi per univerſum orbem prædicando Evangelium, ſuperno miraculo omnes ad B. Matris mortem Jeroſolymam convenerunt; tam ut illi, veluti Matri amantiſſimæ, inſerviant; quam, ut ejus finali firmentur benedictione. Suaviſſimo autem, & dulciſſimo intrinſece; quia languebat amore dumtaxat, ac deſiderio, abſque omni dolore corporali, hilari vultu expectans optatiſſimam horam ſui obitus.

Hic pii DD. pie contemplantur, quod nemo Apoſtolorum non lacrymaretur, dum amantiſſima Mater, tamquam proprios filios dulciſſimis verbis eos conſolando, & in nomine filii ſui Jeſu benedicendo, dulciſſime obdormivit in Domino. Igitur, *quamvis B. V.* inquit doctiſſim. Suarez, *mortua non fuerit vi morbi alicujus corporalis, tamen vi amoris, & ardentiſſimi deſiderii, poſſumus dicere obiiſſe*. (To. 2. in 3. p. d. 21. Ser. 1.) Lacrymabantur quidem Apoſtoli ſe orbari Divina Magiſtra in hoc mundo: ſed & lætabantur præmiſiſſe in cœlum invincibilem Protectricem: itaque gaudia dolori miſcentes: & Angelorum canticis ſua ſpiritualia jungentes, ſummo cum honore, ac devotione ss. corpus ejus ſepulturæ tradiderunt. *Obiit B. V. vi amoris, non doloris.*

Quia tamen, ut inquit s. Auguſtinus (Ser. 4. de Aſſ.). *Caro Jeſu Chriſti, fuit caro Sanctiſſimæ V. M.* non ſolum per ardentiſſimum amorem, qui amantem ſolet in amatum transformare: ſed vel maxime ideo, quia Chriſtus ſuam carnem, *Non de nihilo, non aliunde, ſed materna traxit ex carne* [Ven. Beda in c. 11. Lucæ]. Cum igitur dogma ſit catholicum, quod caro Chriſti formata ſit ex carne, puriſſimoque ſanguine B. V. M. itaque una eademque caro eſt utriuſque: licet mihi hoc modo ratiocinari. Numquid decens fuiſſet futurum, ut una pars ejuſdem carnis regnet in cœlo glorificata, altera vero tabeſcat in terra ſepulta? non utique, hoc quippe non ſolum minueret Matris dignitatem, ſed honorem quoque filii. Sicut ergo Rex David arcam illam veteris Teſtamenti non fuit paſſus, diu morari ruri in domo Obededon: ſed aſſumpta ingenti multitudine populi Iſrael, cum gaudio, & exultatione maxima ludendo coram illa, & pſallendo in citharis, lyris & tympanis, ad- 413 *Docuit V. reſurrexi.*

Digitized by Google

adduxit eam in civitatem ſuam, atque in decentiſs. loco collocavit. Ita equidem etiam Rex cœleſtis Chriſtus Dominus, non fuit paſſus diu morari in ſepulchro Arcam ſanctificationis ſuæ, in qua 9. menſibus commorari dignatus eſt, ſed accepta tota curia cœleſti, transferre illam voluit cum ingenti honore & gloria, in civitatem ſuam cœleſtem, reſuſcitando dilectiſſimam Matrem ſuam, & educendo ex obſcuritate ſepulchri: unde exauditus fuit Propheta s. David, qui olim admonuerat Dominum, atque rogaverat, ut non ſolum ille reſurgeret, ſed reſurgere faciat Matrem quoque ſuam ss. dicendo: *ſurge Domine in requiem tuam, Tu, & Arca ſanctificationis tuæ* (Pſ. 131. 8.).

Tertia igitur die dulciſſimi ſui obitus, juxta teſtimonium s. Melitonis (ap. Martiniego capuc. in Giar. Fior. de Aſſum. annot. 2.). *Dominus præcepit Michaeli Arch. ut Animam s. Mariæ deferat: & ecce repente .. ait Dominus: ſurge amica mea, proxima mea, quæ non ſenſiſti corruptionem corporis per contactum viri, non patieris reſolutionem carnis in ſepulchro: & ſtatim reſurrexit Mariæ.* Et quidem reſurrexit tanta luce fulgens & gloria; ut, ad inſtar ſolis, qui ſplendore radiorum ſuorum oculos noſtros debilitat, quin contemplari eum recta poſſimus: ita profecto magnificentia dignitatis ejus & gloriæ, ſplendorque caſtitatis Virginalis, atque aliarum virtutum abundantia, omnium illorum ſpirituum cœleſtium obtundens intuitum, non modo in admirationem egit, & ad benedicendum Dominum provocavit; verum etiam venerationi ſuæ, obſequio, & adorationi ſubjecit.

Resurrexit tam gloriosa, ut admir. Sui ve. Angeli egerit.

414 Dixerim accidiſſe hic Angelis, præ magnificentia B. Virginis idem, quod accidit famoſiſſimæ Reginæ Sabæ præ magnificentia Salomonis Regis Iſrael. Deducitur enim ex ſacris paginis, Reginam hanc ornatam fuiſſe, atque ditatam tanta altitudine ſapientiæ, opum abundantia, & poteſtatis magnificentia, ut fortaſſis putaverit non dari ſibi ſimilem, minuſque majorem inter Reges univerſi orbis. Porro cum de ſapientia Salomonis, ac magnificentia multam audiviſſet famam; non valens, nec volens credere, ex Æthiopia Jeroſolymam uſque exploratura venit. Verum vero, cum diverſis in ſermonibus altiſs. ejus ſapientiam fuiſſet experta: opum autem, operumque magnificentiam propriis intuita oculis; *Non habuit ultra ſpiritum*, inquit ſacer Textus (Reg. 3. 10.). Quocirca, non erubuit veritatem fateri, dicendo: *Non credebam narrantibus mihi, donec ipſa veni, & vidi oculis meis, & probavi, quod media pars mihi nuntiata non fuerit; major eſt ſapientia tua, & opera tua, quam rumor, quem audivi. Beati viri tui, & beati ſervi tui, qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus cui complacuiſti, & poſuit ſuper te thronum Iſrael.*

Sabæ admiranti ſap. Salomonis graphyce Angeli cõparãtur in reſurrect. B. V. M.

Simile, inquam, contigit Angelis in reſurrectione B. V. M. Nam hi quoque putaverant fortaſſis; quod, ſicut nulla creatura excellentior illis invenitur in natura, ita nec in virtutum merito inveniri poſſit. Et licet ab Archangelo Gabriele, qui annuntiandi filium Dei venerat ad hanc Virginem, nec non ab aliis angelis qui illi, utpote Matri Regis cœleſtis inſervierant, multam famam de dignitate ejus, & magnificentia ſuarum virtutum audiviſſent; nihilominus

nus credere forsan integre non potuerunt. Ast vero cum comitaturi illam in cœlum, hodierna luce descendissent in terram, atque resuscitatam & egressam e sepulchro, contemplati fuissent, seque ab illa longe superari cognovissent, non modo altitudine sapientiæ, & dignitatis, verum etiam ardore charitatis, splendore puritatis, excellentia virtutum; omnisque sanctitatis plenitudine; admirati ut altera Saba, *non habuerunt ultra spiritum*: unde interrogabant invicem, dicentes: *quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol:* (Cant. 6. 9.) & optando frui aspectus ejus decore, ingeminabant: *revertere, revertere, Sulamitis, revertere, revertere, ut intueamur te:* [ibid. ℣. 12.] Alii vero invitando illam ad thronum sempiternæ gloriæ, dicebant: *Veni de Libano, veni coronaberis*, q. d. Non est dignum desertum hujus mundi inferioris, frui tanta pulchritudine, neque tanta excellentia gloriari: Veni igitur, *o pulcherrima inter mulieres* [Cant. 1. 7.] Veni coronanda pro Regina omnium sæculorum in regno nostro cœlesti. Beatos nos, qui facie tua frui, servire tibi, tuamque sapientiam auscultari erimus digni! *Sit Dominus Deus* (filius) *tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit thronum* temporalem sibi in utero tuo virginali: tibi autem præparavit æternum in regno nostro cœlesti. Quam bene, quam congrue, quam digne, hodie canit s. Miter Ecclesia: *Gaudent Angeli, lætantes benedicunt Dominum*! Jam contemplati sumus gloriosam resurrectionem Mariæ e sepulchro: progrediamur contemplaturi gloriosiorem ejus in cœlum ascensionem, & glorioſissimam coronationem pro Regina universæ creaturæ.

Mirabimini fortassis vos, dilectiss. N. cum ego dixero vobis, quod cum majori magnificentia societatis, & comitatus celebrata fuerit Assumptio in cœlum B. Genitricis Dei Mariæ, quam Ascensio D. N. Jesu Christi, filii ejus & Dei unigeniti. Sed conabor tollere a vobis omnem admirationem, posito ob oculos vestros rationum, & sacrorum testimoniorum speculo, in quo magnificentiam hanc vos ipsi intuiti contestabitis. Auscultate quæso. Quando Christus erat ascensurus, descenderant quidem Angeli in terram & Archangeli comitaturi eum in cœlum, sed soli, quia tunc nulli alii aderant cives cœlestes. Porro quando assumenda erat Maria; descendit, pro majori gloria Matris suæ idem Rex cœlestis Christus cum tota multitudine civium suorum, quos distribuerat in ordines, & acies tam elegantes & speciosas, quam talis processio nec visa sit a sæculis, nec videnda in æternum. Enim vero, & descendendo, & assumpta glorioſissima V. ascendendo, illamque comitando in regnum sempiternæ gloriæ, juxta piorum nonnullorum piissimam contemplationem: Præibat Anna Prophetissa, cum viduis, sub vexillo violaceo, spei & humilitatis vidualis signo. Sequebantur deinde reliqui ordines distributi in suas societates. Maria, nempe, soror Moysi cum puellis sub vexillo viridi, signo puellaris modestiæ. Abel cum Martyribus sub vexillo purpureo, signo sanguinis pro justitia fusi. David cum Prophetis sub vexillo candido, signo illustrationis propheticæ. Abraham cum Patriarchis sub vexillo albo, signo con-

415

Quam gloriose, & magnifice Maria in cœlum assumpta.

Digitized by Google

confessionis, & fidei in venturum Messiam habitæ. Aaron cum sacerdotibus sub vexillo deaurato, signo dignitatis sacerdotalis. Post hos, Rex gloriæ Christus cum Angelis & Archangelis, sub vexillo gemmis adornato & margaritis, signo triumphalis victoriæ super infernum, mortem & diabolum: Hæc est crux sanctissima. Sub hocce vexillo accepta fuit Virgo SS. Quos postremo sequebatur Adam cum reliqua multitudine beatorum. O admirabilem processionem! grandem honorem! gloriosam societatem, & comitatum! Non cunctabor tamen dare laudem hujus veridici testimonii Prophetæ Evangelico s. Joanni, qui suæ Apoc. cap. 21. dicit: *Vidi civitatem s. Jerusalem novam descendentem de cœlo a Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* Quando autem putatis Jerosolymam cœlestem tam decora & splendida novitate adornatam & pulchritudine, in terram descendisse? Respondet s. Ildephonsus: *Revera*, inquit, *cœlestis illa Jerusalem, hodie advenit obviam Mariæ, ornata monilibus suis, & lapidibus pretiosis intexta, ut Reginam mundi secum eveheret ad sublimia, & collocaret in throno regni* [Ser. 5. de Assump.]

De Christo in cœlum ascendente dicit s. Lucas (Act. 1. 9.) *Nubes suscepit eum*: quod idem & David prophetaverat dicens: *ponis nubem ascensum tuum* (Psal. 103. 3.) Mariam autem in cœlum contendentem, non nubes, sed Dei, & ejus unigenitus filius suscepit, & amplexus ducebat, pronti testatur eadem in sac. Cant. canendo: *Leva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Quem honorem Angeli admirantes, discurrebant invicem: *quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum*) [Cant. 8. 5.] In speculo igitur harum rationum & testimoniorum; si & Filii ascensionem, & assumptionem Matris observemus diligentius, confiteri utique cum D. Bernardo possumus, dicentes: *per comparationem utriusque, illa est majestate potentior, ista pompa solemnior* [ap. Martiniego Giarfior. adnot. 4. de Assump.]

Tanta igitur cum gloria & magnificentia hodierna luce ss. V. assumpta est in cœlum, ut videretur non creatura dumtaxat, sed aliquid supra creaturam; tota enim circumdata erat ac repleta Divinitate unigeniti filii sui. Hoc est testimonium S. Joannis scribentis in Apoc. cap. 21. *Signum magnum apparuit in cœlo Mulier amicta sole.* Subintrat hic s. Thomas Doct. Angelicus, & ait: *dicitur, amicta sole: quasi tota repleta Divinitate*, [in hunc loc.] Porro B. Abbas Guerricus inducit Filium ita loqui ad Matrem: *Nullus mihi plus ministravit in humilitate mea, nulli abundantius volo ministrare in gloria mea. Tibi debitor sum; quia communicasti mihi, præter alia, quod homo sum: solvam debitum; quia communicabo tibi, quod Deus sis* (Serm. 1. de Assumpt.) Voluit ergo filius Dei suam Matrem ss. fieri per omnia sibi similem: unde sicut ille in throno ss. Trinitatis, *sedet ad dexteram Patris*, ita illa collocata est in eodem throno ad dexteram filii: Sicut ille dicitur, quod sit *sol justitiæ* [Malac. 4. 2.] ita dicitur de illa, quod sit *electa ut sol* (Cant. 6. 9.) *Nihil enim*: inquit s. Pet. Dam. [ser. de Ass.] *nihil enim habuit Spiritus S. in visibilibus creaturis excellentius, cui excellentiam V. compararet.* Comparat quidem illam Spiritus S. etiam auroræ, & lu-

416

In Ass. B. V. quodammodo Deificatur.

B. V. M. soli comparatur & quare?

& lunæ: Sed, juxta explicationem prælaudati Abbatis Ruperti, illa fuit *ſicut aurora in conceptione, ſicut luna in nativitate, & ſicut ſol in aſſumptione* [in Cant.] Tunc enim cum aſſumpta fuit in cœlum, in medio ſacratiſſimi ſui pectoris apparuit globus quidam, ad inſtar ſolis, tanti decoris ac ſplendoris, ut non ſolum admiratione, ſed lætitia quoque & exultatione cives cœleſtes repleverit univerſos [M. ab Agreda p. 3. l. 8. num. 774.] Comparatur item ſoli; quia, ſicut ſol lucet ſuper bonos & malos; nec ſine ſuis radiis terra ullos fructus utiles facere poſſet: ita Maria, utpote Mater miſericordiæ, de cœlorum ſublimitate beneficentiam ſuam ac miſericordiam ſuper juſtos diffundit & peccatores: nam nec juſti præmia, nec veniam peccatores ſine radiis gratiarum ejus conſequi poſſent. Merito igitur V. ss. in cœlum aſſumpta utrique ſoli comparatur; creato, ſcilicet, & increato. Creato quidem ob radios harum gratiarum, queis nos miſeros juvat in hac valle lacrymarum. Soli vero juſtitiæ unigenito filio ſuo, propter magnificentiam & gloriam, qua collocata ſuper omnes choros Angelorum, in throno ss. Trinitatis reſplendens, totum decorat paradiſum, ei ſuperaddens accidentalem gloriam & lætitiam in tantum, ut audeat dicere s. Anſelmus [l. de excell. V. c. 8.] *cœlum ipſum nova & ineffabili gloria decoravit, quia gloriam ejus ultra quam dici poſſit, aut cogitari magnificavit.* Unde ſequitur s. Pet. Damianus dicens: (ſer. de Aſſ.) *ſublimis dies eſt iſta in qua Virgo regalis ad thronum ss. Trinitatis evehitur, & in ipſius ss. Trinitatis ſede repoſita, naturam etiam Angelicam ſollicitat ad videndum.*

B. V. nova gloria accid. decoravit paradiſum.

Arbitror tamen s. Petrum non ſolum debuiſſe dicere, *ad videndum*; ſed etiam, ad adorandum ſe, ſibique ſerviendum & obſequendum. Illico enim ac collocata fuit glorioſiſſima V. Maria ad prædictum thronum gloriæ, coronavit eam ss. Trinitas, Pater, ut filiam; Filius, ut matrem; & Spiritus S. ut ſponſam ſuam dilectiſſima corona adeo ſpecioſa, ſplendida, & magnifica, ut numquam viſum ſit, nec videndum talem dari ulli creaturæ. Et eodem tempore audita ſunt de throno hæc verba: quæ olim prædixerat Spiritus S. per os Prophetæ: *Intende proſpere procede & regna* (Pſ. 44. 5.) Annuntiatumque eſt cunctis cœlitibus, Reginam eſſe illam atque Imperatricem omnium rerum creatarum; ita ut poteſtas ejus extendatur uſque ad inferni cavernas, ad terrendum & conterendum Luciferum: cui dictum eſt olim ab Altiſſimo Creatore: *ipſa conteret caput tuum* [Gen. 3. 15.] Tandem univerſi cœlites, juſſu ejuſdem Altiſſimi, ad recognoſcendam illam pro Regina omnium ſæculorum: &, ad præſentandam illi ſubjectionem, ac obedientiam, cum ſumma promptitudine, lætitia, & humilitate illam adoraverunt. Hanc veritatem non modo teſtatur mihi B. Maria ab Agreda [loc. c. n. 772. & ſeq.] verum etiam deduco ex ſac. paginis, in quibus legitur, quod 24. ſeniores, i. e. eximii cœlorum cives, audita voce de throno, laudantes Deum, atque benedicentes; *mittebant coronas ſuas*, inquit, *ante thronum* (Apoc. 4. 24.) Et alibi eadem ſac. Script. dicit: *Sunt ante thronum Dei, & ſerviunt ei die ac nocte* (Apoc. 7. 15.) Sed quid putatis per thronum intelligi poſſe? uterum certe ſacratiſſimum B. V. M.

417

B. V. coronat. & Regina univerſi declaratur.

A cunctis cœlitibus adoratur.

B. V. thronus D. & Agn.

Digitized by Google

V. M. in quo Dei filius per 9. menſes ſedit cum ſumma delectatione. Unde s. Petrus Damianus: *Fecit ſibi thronum*, inquit, *uterum*, *ſcilicet*, *intemeratæ Virginis* [ſuper 3. Reg. c. 10.] & paulo infra: *felix*, inquit, *Thronus*, *in quo ſedit Dominator Dominus*. Tandem Proph. s. David cantando ad Patrem de hoc throno filii dixiſſe intelligi poteſt myſtice: *thronus ejus*, *ſicut ſol in conſpectu tuo* [Pſ. 88. 38.] Si igitur per thronum Dei, & Agni, intelligitur B. V. Maria; mittentes cœlorum cives coronas ſuas ante thronum Dei: coram Maria utique eas dimittebant, illam adorando, & juſſa ejus exequendo: contemplemur nunc, quanta cum potentia in cœlis imperat: atque de ſalute noſtra ſatagit: illico finituri.

PARS SECUNDA.

419 CUm igitur filius Dei hodierna die voluerit glorificare tantum, & exaltare Mariam ss. Matrem ſuam, quantum circumdedit eam totam, ac replevit Deitate ſui ipſius, in eodem throno ſuo repoſuit ad dexteram ſuam; atque denuntiavit reginam omnium ſæculorum, coronando illam corona ejuſdem gloriæ ſuæ: non eſt dubitandum utique quod & auctoritatem ſuam totam illi dederit, dicendo per coronatum Prophetam: *Intende*, *proſpere procede*, *& regna*: & illa libere repetere poteſt evangelica illa verba ejuſdem filii ſui: *data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra*. [Matt. 28. 18.] Regnat quippe Maria cum tanta poteſtate, ut non vereatur exclamare ad illam s. Petrus Damianus: O Virgo potentiſſima, Tu *Accedis ad aureum Divinæ ſeveritatis tribunal*, *non rogans*, *ſed imperans: Domina*, *non ancilla*. [ap. cornucop. in Mariali conc. 2.] Sed quid miramini N. ſi famulus Dei Joſue in terra militans, imperare potuit ſoli creato: *Sol ne movearis* (Joſ. 10. 12.) & ſtetit ſol immotus per unam diem integram: quare Dei mater in cœlo regnans, ſoli non imperaret increato, dilectiſs. ſcilicet filio ſuo? ſi item Moyſes Dei famulus adhuc in terra habitans, impedire potuit iram Divinam a puniendo populum Iſrael, ita ut ipſemet Deus illum moneat, ne ſe impediat, dicendo, teſte Sacr. Script. *dimitte me*, *ut iraſcatur furor meus contra eos*, *& deleam eos* (Exod. 32. 10.) Ecce! *dimitte me*, inquit, quaſi eum ligaſſet: numquid minor potentia erit Mariæ Matris ejus in cœleſti throno ſedentis, quin prohibere poſſit eum a puniendo nos peccatores? abſit hoc vel cogitare! Proculdubio illi eſt auctoritas, extenſam manum juſtitiæ Divinæ ad punienda peccata & peccatores, cohibere multoties: neque mihi quærendus eſt teſtis alius hujus veritatis, præter filium ejus unigenitum, qui myſtice intelligi poteſt ad illam utique, per coronatum Patrem ſuum, dicere: *Tenuiſti manum dexteram meam*, *& in voluntate tua deduxiſti me* [Pſ. 72. 24.] q. d. o Mater amantiſſima, quoties ego mundum in maligno poſitum volui, immo, exigente juſtitia mea, debui deſtruere? quoties civitates plurimas & regna ſubvertere ob injuſtitias eorum, & ſcelera? quoties nonnullos obſtinatos peccatores ſubitaneæ morti concedere, & faucibus inferni tradere? ſed tu extenſam ad eos puniendos, *tenuiſti manum dexteram meam*, & juxta auctoritatem Maternam, qua polles apud me, atque grandem miſericordiam,

V. tanta teſt. redat in cæli videa- rauctori- tejus mi- ſericordiæ, horore ju- ſtum filii judicis.

Digitized by Google

quam habes super peccatores, & salutis eorum satagis: *in voluntate tua deduxisti me*, ut eis, licet indignis, parcam. Perspicuum est itaque misericordissimam Matrem nostram tam potenter in cœlo regnare, & imperare, quam potentior videtur ejus misericordia ad condonandum, quam ejus filii judicis justitia ad puniendum.

419 *Quam magna misericordia B. V. erga nos.*

Nolite ergo arbitrari, Fratres dilectissimi, quasi Maria, eo quod a nobis in cœlum assumpta est, nostri sit oblita, & maternam deposuerit misericordiam: quinimmo scitote constanterque tenete, quia multo majorem nunc habet super nos misericordiam, quam cum esset nobiscum in hoc mundo: non tedeat, quæso, audire testantem hanc veritatem Seraphicum D. s. Bonav. qui [in Spec. cap. 8.] illa verba sacr. Script. *Benedicta es a Domino, & priorem misericordiam posteriore superasti* (Ruth. 3. 10.) mirabiliter, ac elegantet applicans Matri misericordiæ V. Mariæ, ita loquitur: *Magna fuit misericordia Mariæ adhuc exulantis in mundo; sed major est jam regnantis in cœlo: unde pro splendore prioris misericordiæ, fuit pulchra ut luna: pro splendore posterioris misericordiæ, est electa ut sol: nam quemadmodum sol lunam superat magnitudine splendoris; sic priorem Mariæ misericordiam, superat magnitudo posterioris.* Salvum est ergo immo debentur ei accommodari etiam illa verba notata in prophetia s. Isaiæ, queis quemlibet peccatorem debite ac pie ad se recurrentem consolatur, dicens: *Numquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non miseretur filio uteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui.* [Isai. 49. 15.] O ineffabilem misericordiam!

